1000.

Res.
H260

Res
4260

# D. CYPRIANI SOAREZ SOCIETATIS IESV.

*DE arte Rhetorica libri Tres, ex Ariſtotele, Cicerone, & Quintiliano præcipuè deprompti.*

NVNC ab eodem autore recogniti, & multis in locis locupletati.




CONIMBRICÆ.

Ex officina Antonij à Mariz, Vniuerſitatis Typograph. Anno. 1583.

Cum licentia & facultate Inquiſitorum.

Taxada a quatro rés a folha.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

COMPRA
214105
Res
4260

## Emmanuel Aluarez ſocietatis IESVS, ad lectorem.

*ELoquio quicunq; paras accendere mentes,*
*Dulceq; Neſtorea fundere voce melos,*
*Perlege non auro nitidum, ſed pondere rerum*
*Prædiues, pauper ſit licet autor, opus.*
*Emicat hic ſophiæ princeps hic fulminat ore*
*Tullius, hic monſtrat Quintilianus iter.*

## Michael Vanegas eiuſdem ſocietatis, ad eundem.

*Quos Arabes, Perſæq; legunt Oriente lapillos,*
*Omnes vna manus ſi tibi fortè daret,*
*Et quos gemmiferi præceps alit æquoris vnda,*
*Et quos terra graui parturit alma ſinu;*
*Nonne libens hilari caperes data munera vultu,*
*Et tantas nolles ſpernere ſanus opes?*
*En tibi Rhetorices vnus liber explicat omnes*
*Theſauros: ingens quos reperire labor.*
*Ne te pœniteat lectas hinc ſumere gemmas.*
*Attica quas tellus, quaſq; Latina tulit.*
*Has virtute, velut fuluo ſi cinxeris auro,*
*Aurea gemmato vox tibi corde fluet.*

# D. CYPRIANVS SOAREZ Chriſtiano Lectori. S.

LONGE profectò melius, atque pruden-
tius ſtudijs ſuis conſulunt, qui optimos au-
tores in omni diſciplinarum genere legen-
dos ſibi, atque imitandos proponunt, quàm
qui his neglectis, delectu omni ac diſcrimine
remoto, quoſvis cupidiſsimè ſequūtur. Quòd
ſi quis vetera paulò altius repetere voluerit,
quòcunq; ſe animo & cogitatione conuertet, hoc ita eſſe com-
periet. Vt enim alios omittam, qui in bonorum artiū ſtudijs libera
liſsimis ſunt doctriniſq; verſati, ſatis cōſtat Platonē ingenio, do
ctrina, & copia dicendi longè omnibus ſuperioribꝰ præſtitiſſe. Er
go ex eius diſciplina quot viri, quanta ſcientia, quantaq; in ſuis
ſtudijs varietate, & copia, quam admirabiles extiterunt! Atque
vt alios ſileam, quorum ſcripta temporum iniuria perierunt, illi &
Ariſtotelem ſummum philoſophum, & Demoſthenem omnium
oratorum facilè principē procul dubio debemus. Siquidem Ari-
ſtoteles totos viginti annos Platonem audiuit: Demoſthenes ve-
rò eundem non ſolum audiuit, ſed etiam lectitauit. Quid Cice-
ronem ad tantum in philoſophia, & eloquentia decus euexit? An
non Platonis, Ariſtotelis & Demoſthenis imitatio? Finis non ſit,
ſi velim eos numerare, qui ex Ariſtotelis diſciplina in omni do-
ctrinæ & ingenij laude præſtantes prodierunt. Tanti refert, quē
imiteris, quem legas, quem admireris. Hoc intelligentes noſtræ
ſocietatis præceptores, ex eo tempore, quo iuuentutem virtute,
& literis informant, eos autores diſcipulis exponunt, qui præter
cæteros in ſuo genere floruerunt. Qua de cauſa moleſtius etiam
ferebant nullum eſſe librum veterum ſcriptorum, qui adoleſcē-
tibus diſcendi cupidis primum aditum ad eloquentiam aperiret.
Non quod doctrina dicendi parum Latinis literis ſit illuſtrata: nā
& Quintilianus de ea diligētiſsimè ſimul & doctiſsimè ſcripſit, &
in libris Ciceronis tantum eſt curæ, tantum ſuauitatis, elegantię,
atque doctrinæ, vt ne apud Græcos quidem aut pluribus, aut me
lioribus præceptis orationis facultas ſit exornata: ſed quod ad pri
mam tyronum inſtitutionem eorum ſcripta minus ſint accom-
modata. Quid enim diſcipulis ad hæc ſtudia ingredientibus ex-
plicarent? Quintiliani libros? ſunt illi quidem, vt dixit, ſumma di-

ligentia, ſingulari iudicio, ſumma etiam eruditione conſcripti: at ita ſunt longi, ſic nonnumquam obſcuri, vt maius otium, & acrius iudicium deſiderat. Partitiones oratorias? at ita ſunt breues, & conciſæ, vt multas & magnificas eloquentiæ opes conſtructas & reconditas nimis anguſtè coarctent. Libros de oratore ad Quintum Fratrem? at in dialogo ſunt ſcripti. Præcipuas autem in illis partes habent L. Craſſus, & M. Antonius homines vt dignitate, ſic eloquentia in Romana Repub. maximi, qui minora illa, ſed diſcētib⁹ in primis neceſſaria celeriter trāſigūt: quę vero ſūt à vulgari intelligētia magis remota, ea, nō facile dixerim, ornatius ne, an copioſi⁹ proſequātur. Huc accedit, quòd dū Craſſ⁹ perfectū, Antoni⁹ communem informat oratorem, magnis altercationibus, qui dialogorum eſt mos, in contrarias partes diſſeritur: quod mediocriter quidem eruditis, qui iudicij iam aliquid habent, non ſolum magnam & ingenuam delectationem, ſed mirabilis etiam vtilitatis fructum affert: tyronibus non item, qui diſputationis vim, atq; incitationem aſpiciunt, veſtigia, ingreſſumq; vix intuentur. Duos de Inuentione libros puero ſibi inchoatos, & rudes Cicero excidiſſe affirmat, propterea quòd nec orationis expoliendæ & cōformandæ rationem docent, nec inueniendi fontes ab Ariſtotele demōſtratos aperiunt. Itaque multa in eis præcepta ſunt, quæ editis poſtea libris idem Cicero improbauit. Libri verò ad Herennium, à quocunq; illi ſint ſcripti, ſimilem inueniendi viam demonſtrant, & quædam de ſtatu, multa de verborum, & ſententiarum continent ornamentis, diuerſa ab his, quæ Cicero, & Quintilianus eiſdem de rebus tradiderunt. Topicorum liber tantummodò declarat viam ab Ariſtotele inuentam ad reperiēdum in omni ratione argumentum: & quoniam ad Trebatium iuriſconſultum ſcriptus eſt, exempla habet ex intima iuris ſcientia deſumpta, quę vſque eò ſunt difficilia, vt ſua obſcuritate multos ab eius libri lectione reijciant. In oratore verò ad Brutum, quæ ſit optima ſpecies, & quaſi figura dicendi Cicero diſertiſsimè exponit. Sed cum ad Brutum ſcriberet, vulgaria præcepta permulta, quæ diſcendi ſtudioſis vehementer conducunt, breuiter percurrit, vel penè præterit. Quæ verò de orationis numero mirabiliter præcipit, vt adeuntibus ad eloquentiam vtilia ſint, ordinem alium, & exemplorum lumen deſiderant. His de cauſis cupiebant noſtri pręceptores, vt omnes eloquentiæ partes explicatæ definitionibus, exēplis illuſtratæ ex Ariſtotelis ſententia, Ciceronis verò & Quintiliani non ſententia ſolum, ſed plerumq; etiam verbis aliquo libro

via.

via & ordine comprehenderentur. Futurum enim exiſtimabant, ſi id fieret, vt diſcipuli ſimul cum vulgaribus Rhetoricæ præceptis illa magis recondita de argumentorum locis, de amplificatione, de orationis forma & numero perciperent. Quã dego prouinciam cùm eorum voluntate ſuſcepiſſem, quibus libenter vitæ meæ rationes commiſi, his tribus libris dicendi præcepta, quantum exiguæ ingenij mei vires efficere & conſequi potuerunt, complexus ſum, vt iuuarem adoleſcentes ad legendos Ariſtotelis, Ciceronis, & Quintiliani doctiſsimos libros, quibus eloquentiæ fontes continentur. Neque verò ignoro multa horum, quæ a veteribus ſunt tradita, ab his, a quibus defendi æquius erat, editis etiã libris oppugnari. Sed cum à multis, qui ſingulari doctrina ſunt præditi, eadẽ defenſa ſint, mihi conſiliũ fuit, de his, quę tot doctiſsimorũ ſeculorum approbauit conſenſus, nihil ſine ratione mutare. Imo verò te Chriſtiane lector vehementer oro atque obſecro, vt hanc libidinem temere contradicendi veteribus ſcriptoribus de animo tuo penitus euellas, ne ad eius perniciẽ longius deinde ſerpat. Nam ſimul atque cupiditas hæc ad ingenium tanquam fax ad materiam adhęſit, incredibile dictu eſt, quę continuò excitet incendia. Illud etiam tibi perſuadeas velim, nos nihil magis cupere, quàm vt virtute & literis maximè ſis ornatus, vt Chriſto Ieſu, qui eſt parens & ſalutis vitæ noſtræ, gratus ſis & iucundus.

# IN LIBROS DE ARTE RHETORICA

## Autoris Prooemium.

RAtionis,& orationis tanta eſt ſimilitudo, vt Græci, qui non intelligendi ſolùm, ſed loquêdi etiam principatum tenuerunt, vno vtramque vocabulo; Latini, Græcorum prudentiæ æmuli, eôdem penè nominarint. Eſt enim oratio quaſi rationis imago quædam. Rationem in mente, cui regnum totius animi tributum eſt, Deus Opt. Max. poſuit: orationis ſedem idem ſummus opifex in celſiſsima ac nobiliſsima corporis parte collocauit ratio eſt ſicuti lux quædam, lumenque vitæ: oratio eſt rationis decus, & ornamentum: ratio regit ac moderatur proprium animum: oratio flectit etiam alienos: rationis eſt ſpecies admirabilis; eam tamen intus latentem orationis pulchritudo declarat. Ita quod lumen eſt Soli, principi ac moderatori luminum reliquorum, id eſt oratio rationi dominæ, ac reginę rerum omnium. Hinc nimirum fit, vt ſummi illius rectoris mundi huius bonitatem, ſapientiam, vim, & poteſtatem ſuſpiciendam, ad mirandamq; hominum generi vt rationis, ſic orationis vis, & natura cogat confiteri. Quid enim admirabilius eſſe poteſt, quàm cogitationes tam multas, tam excelentes, tam varias atque multiplices orationi commendari? Orationem verò exceptam aëre, quaſi vehiculo, incredibili celeritate, breuiſsimo tēporis ſpacio ad quàm plurimos peruenire? ac poſtremò ꝑ tenuiſsimos auriū meatꝰ ſingulari opere, artificioq; perfectos in alienos animos introire, atq; in eis tā perfectè, tā inſigniter imprimere ſpeciē ſuā, vt mœrentes cōſoletur, torpētes excitet, afflictos erigat, inani lętitia elatos cohibeat, & in quemuis deniq; motum auditorem impellat? Quòd ſi orationis tanta præſtantia eſt, non poteſt non maxima eſſe dignitas Rhetoricæ, qua ornandæ orationis doctrina continetur. Eadem enim hominis ratio, quæ cæteras artes inuenit, dicendi quoq; artificium illuſtrauit. Nam primò terram peruagata non modò eius formam, ſitum, fœcunditatem, ſed eorum etiam, quæ

in

in ea gignuntur varietatem, vſum, naturamq́; cognouit. Tum mare ingreſſa profundum, & immenſum, quot genera, quamq́; diſparia degentium in eo belluarum inueſtigauit? Exin ſiderum ornatum, & pulchritudinem admirans, cognito prius aëre, & his, quæ ex eo generantur, in cœlum vſq; penetrauit. In quibus rebus tã multis, tam varijs, tam diſiunctis, tam abditis, atq; obſcuris inueſtigandis, ſi tãta fuit rationis ſagacitas, & ſolertia in expolienda oratione, quæ eius comes, & interpres eſt, non minori profectò fuit cura. Hic eſt eloquentiæ ortus, hæc nobilitas, hæc cum ratione cõiunctio. Qua de cauſa vehementer vigilandum eſt ijs, qui ſapientię flagrant ſtudio, enitendumq; omni cura, ac diligentia, vt Rhetoricę, dialecticæq́; præceptis optimè cognitis, ad reliquarum artium faſtigium contendant. Quam viam iucundam, facilem, breuem, & quaſi compendiariam, non modò non aſperam, atq; arduam, aut longam eſſe comparient. Quod vt facilius conſequantur, hi tres libri artificium dicendi à veteribus traditum breuiter explicabunt. Et in primo quidem libro, qui de Inuentione eſt, ſedecim argumentorum loci ſunt explicati, ſimul cum his, quæ ad permouendos animos ex eiſdem locis eruuntur. Præcepta etiam quædam ſunt expoſita ad exornationem, & deliberationem accõmodata. In ſecundo verò, qui diſpoſitionis præcepta continet, de orationis partibus, de ſtatu, iudicatione, & ea controuerſia, quæ ex interpretatione ſcripti exiſtit: præterea de ratiocinatione, enthymemate, inductione, & exemplo agitur. Et quoniam frequens mentio facta eſt ab antiquis autoribus Epicherematis, Soritis, & Dilematis, eorũ vis explanatur. Tertius deniq; liber docet orationis ornatum, qui eſt in verbis vel ſimplicibus, vel coniunctis. Itaq; de verbis nouis, de inuſitatis, de tropis, de luminibus verborum, & ſententiarum, de origine, cauſa, natura, & vſu orationis aptæ, ac numeroſæ, tum ad extremum de memoria, & pronunciatione in eo diſſerit[illegible] [illegible] aior vtilitas ex eloquẽtia percipi poſſit, Chriſti[illegible] [illegible] igenter ea purganda eſt. Vt enim bonus agr[illegible] [illegible] lueſcit, & in omnes partes nimia funditur [illegible] ctu lætiorem, tum aſpectu pulchriorem [illegible] amputetur errorum inanitas, in qu[illegible] [illegible] num diuinas leges ignorantium, ſu[illegible] [illegible] m recuperabit.

perabit. Excidatur igitur mentiendi licentia, quam ſeuerè diuinis pręceptis interdictam oratori Quintilianus,& antiqui Rhetores concedunt: amputetur procacitas,& vitium illud teterrimum lacerandi alios probris, contumelijs, maledictis, cui vtinam ne Demoſthenes,& Cicero tantopere indulſiſſent: reſecetur arrogantia,& inanis laudis appetitus, qui aciem animi perſtringit: intelligatur iniquum eſſe tenebras auditoribus offundere, ne verum perſpiant,& ſuffragium, atque ſententiam dicendo corrumpere; quod à Gręcis & Romanis oratoribus eſt factitatum. His tot, tantisq; deletis maculis, continuò exiſtet illa diuina,& cœleſtis Chriſtianę eloquentię pulchritudo, quę tantò erit pręclara magis,& eximia, quantò diligentius ad omnium hominum vtilitatem conferetur, & ad laudes celebrandas Dei Opt. Maxi. qui ſermonem homini dedit ad ſocietatem,& coniunctionem cum hominibus tuendam. Hęc eſt illa Chriſtiana eloquentia, qua Gregorius & Baſilius, nobiliſsimum par amicitię, doctrinę ſanctitatis plurimum pręſtiterunt, & Iuliani amentiſsimi, & profligatiſsimi hoſtis religionis impetus omnes fregerunt: hac excelluit Athanaſius vir ſanctiſsimus, quem nec ſęuiſsima periculorum tempeſtas, nec humanorũ commodorum aura potuit vnquam de ſuo curſu demouere, quin Arrij impium,& conſceleratum comprimeret furorem: hac floruerunt Chryſoſtomi, Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Cipriani, qui Chriſtianę Rei. fuerunt lumen longè clariſsimum. Vt alios quàm plurimos omittam, quorum eſt copia digna Chriſtiani nominis gloria. Hos tales, ac tantos viros qui volet imitari, colat Chriſtianam eloquentiam, quę ex diuinarũ rerũ cura,& contemplatione, ex Chriſti Ieſu amore, ex maximarum deniq; artium ſtudijs effloreſcit.

# DE ARTE RHETORICA LIBER I.

## Quid ſit Rhetorica, quod eius officium, & finis. Caput I.

*RHETORICA EST VEL ars, vel doctrina dicēdi. Ars eſt, quæ dat rationes certas, & præcepta faciēdi aliquid, quæ habent ordinē, & quaſdā errare in faciendo non patientes vias. Eſſe autem eloquentiæ artem perſpicuū eſt: cum enim rerum minimarum ſine arte nulla ſit, hominū eſt parū conſideratè iudicantium credere, maximarū rerū nullā eſſe artē. Dicere eſt, ornatè, grauiter, & copioſè loqui. Rhetoricæ officiū eſt, dicere appoſitè ad perſuaſionē: finis perſuadere dictione. Vt enim gubernatori curſus ſecūdus, medico ſalus, imperatori victoria, vt moderatori Reip. beata ciuiū vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples gloria āpla, virtute honeſta ſit: ſic oratori nihil aliud propoſitū eſt, niſi vt dicendo perſuadeat.*

Quid ſit ars. Ariſt. li. 1. Rhet. c. 1. Decla. or. Quin. li. 2. cap. 18. Rhetorica eſt ars. Offic. 2. Officiū & finis Rhetoricæ. Ariſt. 1. li. Rhet. c. 8. De inuēt. 1. Cic. l. 5. de Rep. eſt aūt is locꝰ li. 8. epiſt. ad Att.

## De vtilitate, dignitateq; Rhetoricæ. Caput II.

*DIgnitas eloquētiæ vel ex eo intelligi poteſt, quòd in omni libero populo maximeq́; in pacatis, trāquilliſq́; ciuitatib⁹ præcipuè ſemper floruit, ſemperq́; dominata eſt.*

Eloquētiæ dignitas. Ariſt. l. 1. Rhet. ca. 1. De orat. 1.

Quin. li. 2. cap. 7. Quid enim aut tã iucundũ cognitu, atque auditu, quàm ſapientibus ſententijs, grauibuſq; verbis ornata oratio, & perpolita? aut tã potẽs, tãq; magnificum, quã hominũ animos vnius oratione cõuerti? Quid admirabilibus, quàm res ſplendore illuſtrata verborũ? Oratoris eſt in dando conſilio de maximis rebus cũ dignitate explicata ſententia: eiuſdẽ & langentis populi incitatio, & effrenati moderatio. Eadem facultate fraus hominũ ad perniciẽ, & integritas ad ſalutem vocatur. Quis cohortari ad virtutẽ ardentius? quis à vitijs acrius reuocare? quis vituperare improbos aſperius? quis laudare bonos ornatius? quis cupiditatẽ vehementius frangere accuſando poteſt? quis mœrorẽ leuare mitius conſolando? Ac ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, dicãtur, breui ſtatuendũ eſt, perfecti oratoris moderatione, & ſapientia nõ ſolum ipſius dignitatem, ſed & priuatorum plurimorũ, & vniuerſæ Reip. ſalutẽ maximè cõtineri. Quò maior igitur eſt eloquẽtiæ vis, hòc eſt magis probitate iungẽda, ſummaq; prudentia: quarum virtutũ expertibus ſi dicendi copiã tradiderimus, non eos quidem oratores fecerimus, ſed furentibus quædam arma dederimus.

Oratoris, & in rep. & inter priuatos magna, & præclara munera.

Eloquentia cũ probitate iungẽda eſt. De orat. 3.

## De materia Rhetoricæ. Caput. III.

Quid artis materia ſit. De inuẽ. 1. Quin. li. 2. ca. 22.

ARtis materia eſt, in qua õnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, verſatur: vt ſi medicinæ materiam dicamus morbos, ac vulnera, quòd in his

omnis

*omnis medicina verſetur. Item quibus in rebus verſatur ars, & facultas oratoria, eas es materiam artis Rhetoricæ nominamus. Sed hoc intereſt inter alias artes, & eloquentiam nam cæteræ fere artes ſe ipſæ per ſe tuentur ſingulæ: bene dicere autem quod eſt ſcienter, & peritè, & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis ſepta teneatur. Omnia quæcunque in hominum diſceptationem cadere poſſunt, bene ſunt ei dicenda, qui hoc ſe poſſe profiteatur, aut eloquẽtiæ nomen relinquẽdum eſt. Quam opinionem non ſolũ Romanæ eloquẽtiæ parens Cicero, ſed philoſophorum etiam facile principes Plato, & Ariſtoteles multo ante ſecuti ſunt: materia enim oratori ad dicendum ſubiecta, quæſtio eſt.*

Quid inter artium cæterarũ & Rhetoricæ materiã interſit.

*De orat. I.*

*In Phædro.*

Oratoris materia eſt quæſtio.

## De quæſtione. Cap. IIII.

*QVæſtionum duo ſunt genera, alterum infinitũ, quod Græci Theſin, Cicero propoſitũ vocat: alterum certum & definitum, quod hypotheſin illi, Latini vel cauſam, vel cõtrouerſiam ſolent appellare. Propoſitum eſt, in quod aliquid generatim quæritur, hoc modo: expetenda ne ſit eloquentia? Cauſa eſt, quæ certis perſonis, locis, tẽporibus, actionibus, negocijſque cernitur, hoc modo: An Socrates iure fuerit ab Atheniẽſibus damnatus? Propoſiti duo ſunt genera, cognitionis alterũ, cuius ſcientia eſt finis, vt, an ſolis magnitudine multis partibus terra ſuperetur: alterum actionis, quod refertur ad efficiendũ quid, vt ſi quæratur, quibus officijs amicitia co-*

Quæſtionum duo genera.

*In part.*

Propoſitũ quid ſit.

*Topic.*

*De orat. 2.*

Quid ſit cauſa.

*Topic.*

Propoſiti duo genera.

*Cic. in Topic. in par*

*Quin. li. 3 cap. 5.*

Cauſarũ tria genera.

*colenda ſit. Cauſarum tria ſunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis, quæ quia in laudatione maximè cõfertur, proprium habet ex eo nomen laudationis.*

## De Exornatione, Deliberatione, & Iudicio. Cap. V.

Exornationis partes, tẽpus & finis. De inuẽt. 1. Ariſt. li. 1. Rhet. c. 4. In part.

Deſiberationis partes, tẽpus & finis. De inuẽt. 1. Ari. Rh. Cap. 3. Cic. de ord. 2.

† Iudicij partes tẽpus & finis. In part. De inuẽt. 1 Quin li. 7. cap. 3.

*IN Exornatione duæ ſũt partes, laus, & vituperatio. Tempus tum præſens, tum præteritum. Spectat autẽ orator honeſtatem præcipuè, cum laudat; turpitudinem cũ vituperat, mouetq; auditores ad delectationẽ. Deliberatio cõtinet in ſe ſuaſionem, & diſſuaſionem; tempus vero futurum. Finis, quẽ ſibi proponit orator in ſuadendo, eſt dignitas, mouetq; deliberantem ad ſpem maximè: in diſſuadẽdo cõtrà indignitatem ſpectat, & in reformidationem pertrahit. † Iudiciũ, in quo præteritum tẽmpus maximè valet, habet in ſe accuſationẽ, & defenſionẽ: eius finis iuſtorum, & iniuſtorum queſtione continetur, & ad ſæuitiam, aut clemẽtiam iudex eſt incitandus.*

## Quo modo hypotheſis ad theſin reuocanda ſit. Caput. VI.

† Conſultatio eſt pars cauſæ. In part. Top. Quintil. li. 3. c. 5. Ornatiſsi

*CVm conſultatio ſit quaſi pars cauſæ quædam, & cõtrouerſiæ (ineſt enim infinitũ in definito) debet orator cauſam ad infiniti generis quæſtionem trãsferre, quod vt exemplo pateat; finita eſt, An Ariſtotelis philoſophia ſit perdiſcenda? eius quaſi pars quædam eſt illa infinita, An Philoſophia ſit perdiſcenda? ad quã orator finitã trãsferet. Sũt enim ornatiſſimæ orationes eæ, quæ latiſſi-*

latiſsimè vagātur, & à Priuata ac ſingulari cōtrouerſiá ſe ad vniuerſi generis vim explicandā cōferūt, & cōuertūt, vt ij, qui audiūt, natura, & genere, & vniuerſa re cognita, de ſingulis rebus ſtatuere poſsint: + Quod vt facere poſsit orator excellens, à proprijs perſonis, & temporibus ſemper, ſi poteſt, auocat controuerſiam, & ad vniuerſi generis orationem traducit. Sic Cic. cùm de Archiæ poetæ facultate, ſummaq; doctrina dicere inſtituiſſet, de humanioribus literis, & poeticæ laudibus, quæ vniuerſi generis oratio eſt, ornatiſsimè diſputauit.

mæ ſunt orationes quæ Vniuerſi generis vim explicant. Cic. de orato. 3.

+In orat. Pro Archia.

## De partibus Rhetoricæ. Cap. VII.

Quinque ſunt partes, & quaſi membra eloquentiæ: inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pronunciatio. Oportet enim primum inuenire quid dicas: inuenta diſponere; deinde ornare verbis: poſt memoriæ mandare; tum ad extremum agere. Inuentio eſt excogitatio rerum verarum, aut veriſimilium, quæ quæſtionem probabilem reddant. Diſpoſitio eſt rerum inuētarum in ordinem diſtributio. Elocutio eſt idoneorum verborum, & ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria eſt firma orationis perceptio. Pronunciatio eſt ex rerum, & verborum dignitate corporis, & vocis moderatio. Nec audiendi quidam, qui iuditium ſextam eſſe partem voluerunt, adeò enim tribus primis partibus eſt permiſtū (nam nec inuētio ſine eo, nec diſpoſitio, neque elocutio fuerit) vt pronuntiatio quoque, vel plurimum ab

Quinque Rhetoricæ partes. De orat. 2. Quin. li. 3. cap. 3. De inuē. 1.

Iudicium non eſt Rhetoricæ pars. Quint. 3. cap. 3.

Nō eſt xiſtimādus inueniſſe qui ſine iudicio inuenit. eo mutuetur. Nec inueniſſe credendus eſt, qui non iudicauit. Quod ſimiliter ī alijs partib9, quib9 iudiciū permiſtū eſt, exiſtimare debemus. Hinc apparet quàm præclara res, quàm etiam difficilis eloquentia ſit, quæ ex quinque rebus conſtat, quarum vnaquæque eſt ars ipſa magna per ſeſe. Quare quinque artium concurſus maximarum, quantā vim, quātámq́ difficultatem habeat, exiſtimari poteſt. Sunt igitur quinque Rhetoricæ partes omnino. At inuenire, diſponere, eloqui, memoria complecti, & pronunciare, opera ſunt oratoris.

Declar. orat.

Opera oratoris. Quin. li. 3. cap. 3.

## Quibus eloquentia comparetur: ac primum de Natura. Cap. VIII.

Eloquentia comparatur arte, natura & exercitatione. De inuēt. lib. 1. Ad Heren. lib 1. Quint. li. 3. cap. 5. De orat. 1.

ELoquentia, quæ quinque ſupra dictis conſtat partibus, natura, arte, & exercitatione comparatur. Imitationem enim, vel arti, vel exercitationi ſubijcere poßis. De quibus ſingulis, quoniam maximi ſunt momēti, & ponderis, aliquid dicendum eſt. Natura igitur primū, atq́ ingenium ad dicendum vim affert maximam. Nā & animi, & ingenij celeres quidā motus eße debēt, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumq́ ſint vberes, & ad memoriam firmi, ac diuturni. Quæ accēdi, ac commoueri arte poßunt, inſeri quidem, & donari ab arte non poßunt ōnia: ſunt enī dona naturæ. Illa etiā naturæ ſunt, quæ cū ipſo homine naſcūtur, linguæ ſolutio, vocis ſonus, latera, vires, cōformatio quędā, & figura totius oris & corporis. Quæ tamen ab arte limari poßūt, &

Naturę do

*quæ bona ſunt, fieri meliora poſſunt doctrina; & quæ non optima, aliquo modo acui, & corrigi poſſunt. Neque homines adoleſcentes, ſi quid naturale forte non habent, dicēdi ſtudium relinquant: magni enim facere debent illum ipſam, quancunq; habuerint, mediocritatem in dicendo.*

na. fiunt arte meliora.

## De Arte. Cap. IX.

*CVm natura, quæ optima eſt, ars iūgi debet, quæ à natura profecta eſt. Notatio enī naturæ, atq; animaduerſio peperit artem. Habet igitur ars hanc vim, non vt aliquid, cuius in ingenijs noſtris pars nulla ſit, pariat, & procreet: verùm vt ea, quæ ſunt orta iam in nobis, & pròcreata, educet, atq; cōfirmet. Qua de cauſa ſtudioſe colēda eſt, vt quæ viam, & rationē dicendi doceat: et ſi enī magnis ingenijs præditi quidam dicendi ſine arte copiam ſunt conſecuti, ars tamen certior eſt dux, quàm natura.*

Notatio naturæ peperit artē. *De ora. 2. Quin. li. 2. cap. 20.*

Ars ſtudioſe colenda eſt.

Ars certior eſt dux quam natura.

## De exercitatione. Cap. X.

*IN præſtanti natura, quam ars expoliuit, exercitatio ab ſolutionem perfectionemque dicendi conſummat. Cum enim ad naturam eximiam, & illuſtrem acceſſerit ratio quædam cōfirmatioq; doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarū, ac ſingulare ſolet exiſtere. Quocirca intereſt permagni, ſtudium, & ardorem quēdam amoris aſſumere; ſine quo cum nihil quicquam egregium, tum certe eloquentiā nemo vnquam aſſequetur. Ex hoc ardore naſcitur diligētia; quæ vt in omnibus rebus, ſic in dicendi facultate plurimum valet. Hæc præcipuè colenda eſt nobis: hæc ſemper*

Exercitatio dicēdi perfectionē cōſummat.

De or. li. 1. *Quin. li. 2. cap. 18.*

*Cicer. pro Archia.*

*De ora. 1.*

Diligētiæ vis.

adhi-

*adhibenda: hæc nihil eſt quod non aßequatur. Quoniam de Rhetoricæ difinitione, dignitate, fine, officio, & materia dictũ eſt; quotque ſint eius partes explicauimus; & naturam, artem, exercitationem eloquentiæ conſeqnendæ neceſſarias oſtendimus, ſequitur, vt de ſingulis eius partibus dißeramus.*

## De Inuentione. Cap. XI.

In part.

*QVoniam igitur primum oratoris munus eſt inuenire, dabit operam, vt inueniat, quemadmodum fidem faciat eis, quibus volet perſuadere, & quemadmodũ motum eorum animis afferat. Fidem facit orator argumentis, mouet incitando aut ad voluptatem, aut ad moleſtiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem: tot enim ſunt motus genera, partes plures generũ ſingulorum. Cum enĩ omnis animi commotio ex opinione boni alicuius aut mali naſcatur, lætitia, & cupiditas ex opinione boni naſcuntur: ægritudo, & metus in malorum opinione verſantur. Eſt igitur ægritudo ſiue moleſtia, opinio recens præſentis mali, in quo demitti, contrahique animo rectum eſſe videatur. Voluptas, opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum videatur. Metus opinio impendentis mali, quod intolerabile videatur. Cupiditas, opinio venturi boni, quod ſit ex vſu iam præſens eſſe, atque adeßе. Opinio autem quæ in omnes ſuperiores definitiones includitur, eſt imbecilla aſſenſio. In propoſito fidem ſolùm facit orator; in cauſa verò fidem, & motum, de quo mox dicemus.*

Orator facit fidem argumentis.

Mot⁹ quatuor ſunt genera.

Ci. Tuſ. 4.

*Quid*

## Quid inuentio, quid argumentum, & argumentatio. Cap. XII.

I*Nuentio eſt excogitatio argumenti. Argumentum eſt probabile inuentum, ad faciendam fidem: vel aliter, eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Fides verò eſt firma opinio, vt ſi velis fidem facere, eloquentiam eſſe expetendã, excogites que illud argumentum, nimirum, eſſe artem bene dicendi; poßis hoc modo argumentationem concludere: Ars bene dicendi eſt expetenda, ea eſt eloquentia, eſt igitur eloquentia expetenda. Eſt autem argumentatio, argumenti explicatio, qua dialectici preßius, & religioſius, oratores ornatius, & liberius vtuntur. Locus autèm eſt ſedes argumenti. Ariſtoteles enim propoſuit quoſdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad ómnem diſputationem inueniretur. Qui nihil aliud eſſe videntur, quam notæ quædam, quibus admonemur, quid in ipſis peruestigare debeamus.*

Quid ſit inuenitio, quid argumentum. *In part. In Top. In part.*

Quid ſit argumentatio. *In part.* Dialectici preſsius quã oratores argmẽtatione vtuntur. *Topicis. De ora.*

## Quo tuplicia ſint argumenta Caput. XIII.

A*Rgumenta partim in eo ipſo, de quo agitur, herẽt, quo circa inſita dicuntur; partim extrinſecus aſſumuntur, quæ remota vocantur: quoniam abſunt, longeq́ab eo, de quo agitur, diſiuncta ſunt: vt ſi dicas eloquentiam eſſe expetendam, quòd benedicendi ſit ars, ratio eſt inſita in eo, de quo agitur; eloquentia etim eſt ars bene dicendi Sin expetendam dicas, quòd Ariſtoteli, vel*

Argumenta, vel inſita ſunt, vel aſſumpta. *In Top. In part.*

*Ciceroni, vel Platoni ita viſũ ſit, ratio erit remota; autoritas enim illorum virorum non eſt in ipſa eloquentia, quæ ſua te natura eſſet expetẽda ſine illorũ cõmendatione.*

## De numero locorum Cap. XIIII.

Loci argumentorũ inſitorum ſunt ſedecim.

In Topic. in par.

*LOci, vnde argumenta inſita eruuntur, numero ſunt ſedecim: alia enim ducuntur à definitione, alia à partium enumeratione, alia à notatione, alia coniugata appellantur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex ſimilitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis, alia ex antecedẽtibus, alia ex cõſequẽtibus, alia ex repugnantibus, alia ex cauſis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut pariũ, aut minorum. Argumenta extrinſecus aſſumpta Quintiliano ſũt ſex: præiudicia, fama, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes.*

Argumẽta aſſumpta ſunt ſex. Lib. 5. c. 1.

## De definitione Cap. XV.

In Topic. Quin. li 5 cap. 10.

*DEfinitio eſt oratio, quæ id, quod definitur, explicat, quid ſit: vt, Virtus eſt recta animi affectio, Rhetorica eſt doctrina dicendi. Definitionum multa ſũt & genera, & præcepta, ſed ad huius libri inſtitutum ea nihil pertinẽt, tantum eſt dicendum, qui ſit definitionis modus. Sit igitur veteres præcipiunt. Cum ſumpſeris ea, quæ ſunt ei rei, quam difinire velis, cum alijs communia, eo vſque perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem trãſferri poſſit, vt hoc, Rhetorica est ars: commune ad huc, multa enim genera ſunt artiũ, vt grammatica, dialectica: vnum adde verbum, Dicendi: iã*

Definitionũ multa ſũt genra.

Qui ſit definitionis modus.

ſà com-

à cõmunitate res diſiuncta videbitur, vt ſit explicata difinitio, Rhetorica eſt ars dicendi. Hæc facultas definiendi debet eſſe in eloquẽte, vt definire rem poſsit. Eſt enim explicanda ſæpe verbis mens noſtra de quaque re, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt. Definitio enim quaſi inuolutum euoluit id, de quo quæritur, ſed id non faciet tam preſſè, & anguſtè, quàm in illis eruditiſsimis diſputationibus fieri ſolet: ſed cum explanatius, tum etiam vberius, & ad commune iudicium, popularemque intelligẽtiam accõmodatus. Sit Cicero, qui ſint optimates definit, cũ ait: Sed genus vniuerſũ (vt tollatur error) breui circũſcribi, & definiri poteſt. Omnes òptimates ſunt, qui neque nocẽtes, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. Argumẽti à definitione talis eſt formula, Ius ciuile eſt æquitas conſtituta ijs, qui eiuſdem ſunt ciuitatis, ad res ſuas obtinendas, eius autem æquitatis vtilis eſt cognitio, vtilis eſt ergo iuris ciuilis cognitio. Sæpe etiã definunt & oratores, & poëtæ per tranſlationẽ verbi ex ſimilitudine cum quadam ſuauitate, quos licet imitari ſi ádoleſcentiam, florem ætatis, ſenetutem, accaſum vitæ velis definire.

Facultas definiẽdi eſt oratori neceſſaria. *In orat.* Orator definiet vberius, & explanatius quàm philoſophus. *Pro Seſt.* Optimates qui ſint. *In Top.* Oratores, & poetæ ſæpe definiunt per tranſlationem.

## De partium diſtributione. Cap. XVI.

ARgumento à partium diſtributione ſic eſt vtendum, nullam vt partem relinquamus. Vt ſi velis

*In Topic. Quin. li. 5. cap. 10.*

*probare calliditatem non eſſe virtutem, à virtutis partibus, quæ quatuor ſunt; Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantià, ſic probare poßis. Omne quod honeſtum eſt, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perſpicientia veri, ſolertiaq́; verſatur: aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoq́; ſuũ vnicuiq́; & rerum coctractarum fide: aut in animi excelſi, inuictiq́; magnitudine, ac robore: aut in omnium; quæ fiunt, quæq́; dicũtur, ordine & modò, in quo ineſt modeſtia, & tẽperantia: calliditas ex nulla illarũ partiũ oritur, nõ eſt igitur virtus.*

In offi. 1.

Notatio. Græcis Etymologia dicta, oratorib⁹ & poetis eſt familiares.

In Topic.

Quintil. 1. cap. 10.

In Topic.

Met. li. 1.

## De Notatione. Caput. XVII

*ETymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta eſt Notatio Ea ſæpè vtuntur Oratores, & Poetæ, vt Ouidius.*

*Eſt via ſublimis cœlo manifeſta ſereno,*
*Lactea nomen habet candore notabilis ipſo.*

*Et alibi.*

*A ſenibus nomen mite ſenatus habet.* *Et*
*Nam quia ver aperit tunc omnia, denſaq; cedit*
*Frigoris aſperitas, fœtaq; terra patet,*
+ *Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.*

+ Vnde ſenatus dictus.

Faſt. li. 5.

Aprilis vnde.

Faſt. li. 4.

*A notatione ſumitur argumentum, cum ex vi nominis elicitur, hoc modo: Si conſul eſt, qui conſulit patriæ, non igitur Piſo conſul, qui eam euertit.*

Argumentũ a notat.

Vis hũius exẽplieſt

In orat. in Piſonẽ.

## De coniugatis. Cap. XVIII.

*COniugata dicitur, quæ ſunt ex verbis generis eiuſdem. Eiuſdem autem generis verba ſunt, quæ orta ab vno, variè cõmutãtur, vt ſapiẽs, ſapiẽter, ſapiẽtia,*

In Topic.

Quin. li. 5. cap. 10.

*Ex*

*Ex hac verborum coniugatione huiuſcemodi argumento vſus eſt Ouidius.*

*Aurea verè ſunt ſecula plurimus euro*
*venit honos.* Et Iuuenalis.

*Summum crede nefas animum præferre pudori,* Saty.8.
*Et propter vitam viuendi perdere cauſas.*

*Cicero etiam. Cum enim eſſet omnis cauſa illa mea cõſularis, & ſenatoria, auxilio mihi opus fuerat, & cõſulis & ſenatus. eſt & illud elegans in primis, Homo ſum humani nihil à me alienum puto. Cicero lib. de oratore ſecundo hoc vtitur exemplo, Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, debetis moueri, cum Q. Metellum tam piè lugere videatis.*

In Piſon. | Terēt. in heaut.

## De genere, & forma. Cap. XIX.

*GEnus eſt quod duas, aut plures partes ſui ipſius cõmunione ſimiles amplectitur. Partes, quas genus amplectitur, formæ dicuntur. vt, Virtus eſt genus, plures enĩ formas, quatuor ſcilicet cõplectitur, Iuſtitiã Prudẽtiã, fortitudinem, & temperantiam, quæ ſunt ſimiles virtutis cõmunione: vt prudentia enim, ſic iuſtitia, ſic fortitudo, ſic temperantia virtus eſt. Hinc perſpicuum fit, quid ſit forma; eſt enim pars generi ſubiecta. Argumentum à genere ſic tractatur. Virtutis laus omnis in actione cõſiſtit, prudentiæ igitur laus omnis in actione conſiſtit. Ex forma autem, Quod iuſtitia eſt, vtiq; virtus eſt.*

Quid genus ſit. | In Top. | De orat. 1. | Quin. li. 5. cap. 10. | Quid forma ſit. | De ora. 1. | Arg. à genere. | Officio. 1. | Arg. à forma. | Quin. li. 5. cap. 10.

## De ſimilitudine, & diſsimilitudine. Cap. XX.

Quid ſimilitudo ſit. In Topi. Autor ad He. lib. 4. Argu. à ſimilitudine Phiſ. 2. Triſt. li. 1. ele. 2.

*Similitudo eſt, quæ traducit ad rem quãpiam aliquid ex re diſpari ſimile: ex ea ſumitur argumẽtũ hoc modo. Cicero, Sed nimirum vt quidã morbo, & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt, ſic libidinoſi, auari, facinoroſi vere laudis guſtum non habent. Ouidius.*

*Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,*
*Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.*

Arg. à diſſimilitudine. 2. De orat. Phil. 3.

*Ex diſsimilitudine ſiue differentia ducitur hoc modo argumentum.*

*Si barbarorum eſt in diem viuere, noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent. Eodem pertinet illud eiuſdem Cicer. dies enim affert, & hora potius, niſi prouiſum eſt, magnas ſæpe clades, certus autem dies non vt ſacrificij, ſic cõſilij expectari ſolet. Quaſi diceret: diſsimilia ſunt ſacrificium, & conſilium: non igitur ſicuti ſacrificij ſic certi, & ſtati dies debent eſſe conſilij.*

## De contrarijs. Cap. XXI.

Cõtrariorũ genera ſunt quatuor. Ariſ. in c. de oppoſ. Cic. in To. Aduerſa quid ſint. Argumẽta ab aderſis Topic. Libr. 11. Aen.

*Contrariorum genera ſunt qnatuor, aduerſa, priuantia, quæ inter ſe conferuntur, & contradicẽtia. Aduerſa ſunt, quæ in eodem genere plurimum differunt, vt virtus, vitium, quæ cum animi habitus ſint, plurimum tamen inter ſe differunt: & bellum pax, ſapientia ſtultitia, ex quibus argumenta talia exiſtunt. Si ſtultitiam fugimus, ſapientiam ſe quamur, & bonitatem ſi malitiam Hinc illud Drancis apud Virgilium.*

*Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.*

Per

*Perinde enim eſt, atq; hoc: Bellum eſt nobis pernicioſum, pax igitur expetenda eſt. Cicero, Quid? cum fatentur ſatis magnam vim eſſe in vitijs ad miſeram vitā, non ne fatendum eſt, eandem vim in virtute eſſe ad beatā vitam? Contraria enim contrariorum ſunt conſequentia.* Tuſcul. 5.

*Priuantia ſūt habitus, & eius priuatio, vt lux tenebræ, vitam mors, ſcientia inſcitia, humanitas in humanitas: præpoſitio enim, in, priuat verbum ea vi, quam haberet, ſi in, præpoſitum non fuiſſet. Ex his ductum eſt illud Cice. in Miloniana, Eius igitur mortis ſedetis vltores, cuius vitam, ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis? Tertio loco ſunt ea, quæ inter ſe conferuntur, vt duplum ſimplum, datum acceptum, miles & imperator, docere, & diſcere. Ex hoc loco eſt illud Cicer. Ex quo profectò intelligi debet, quanta in dato beneficio ſit laus, cū in accepto tanta ſit gloria, & item hoc, Non igitur periculū eſt, ne quis putet, in magna arte & honeſta, turpe eſſe docere alios id, quod ipſis fuerit honeſtiſsimum diſcere. Huc pertinet Virgilianum illud.*

Priuantia quid ſint. Topic. Argumentum à priuantibus. Pro mil. Argu. ab his quæ inter ſe conferuntur. Pro Marcello. In Orat. Lib. 8. Æn. lib. 8.

*Arma rogo genitrix nato.*

*Vltimo loco ſunt negantia valde contraria aiētibus: vt ſi hoc eſt, illud non eſt: ex quibus neceſſe eſt, alterum verū eſſe, alterum falſum.*

Top. Negantia ſunt valde contraria aientibus.

## De adiunctis. Cap. XXII

*ADiuncta ſunt ea, quæ cum re ſunt conuincta, vt locus vt tempus, vt ea, quæ rem circunſtant:*

Adiuncta quid ſint. In Topic. Quin. li. 5. cap. 10.

ut veſtitus, & comitatus hominem circunſtant, & apparatus, colloquia, pedum crepitus, ſtrepitus hominum, rubor, pallor, cæteraq́, quæ ſuſpicionem poßũt mouere. Latiſsimè itaq́ patent adiuncta: nam & quæ in hominis ſũt ſiue animo, ſiue corpore, ut virtus, ut vitia, ut oris vel pulchritudo, vel deformitas, alioq́ innumera comprehẽdunt. Ab his ſumit argumentũ Cicero pro Milone, cum ait, Videamus nũc id, quod caput eſt, locus ad inſidias ille ipſe, vbi cõgreßi ſunt, vtri tandem fuerit aptior, & multa deinceps: & paulo poſt. Videte nũc illum egredientem, primùm egredientem è villa ſubito cur veſperi? quì cõuenit, præſertim id temporis? & pro Cornelio. Hunc quiſquam incredibili quadam atq́ inaudita grauitate, virtute, conſtantia præditum fœdera ſcientem neglexiſſe, violaſſe, rupiſſe dicere audebit? loquitur autem de Pompeio.

Latiſsimè patent adiuncta.

Argumentũ ab adiunctis.

Cicer. pro Mil.

Cicer. pro Cor. Bal.

Laus Põpeij.

## De antecedentib. & conſequent. Caput. XXIII.

Antecedentia ſunt ea, quæ ſic antecedunt cõſequẽtia, vt cum ipſis neceſſariò cohæreant: qua ratione ab adiũctis diſtinguũtur. Coniuncta enim nunquam neceſſariò cohærent cum his, quibus adiuncta ſunt. Argumento ab antecedentibus talis eſt formula, Ortus eſt ſol, igitur dies eſt. Conſequentia vero ſunt, quæ rẽ neceſſariò cõſequuntur ab eis ducitur argumentum, cum ratio rei dubiæ faciẽs fidẽ ſumitur à cõſequẽtibus, hoc modo, Dies eſt, igitur ortus eſt Sol. Ex hoc loco eſt illud Ciceronis in Antonium,

Ariſt. 2. Topic. c. 2.

Quomodo antecedentia ab adiũctis diſtiguãtur.

In Topic. Cic.

Cõſequẽtia quid ſint.

Ari. 2. Topic. 2. Cic. in Top.

Phili. 7.

*tonium, Luculẽtam tamen iſpe plagam accepit, vt decla rat cicatrix: probat enim; quoniã ſi cicatrix magna eſſet, vulnus quoq́; fuiſſet magnum.*

## De repugnãtibus. Cap. XXIIII.

Repugnãtia diffe-rũt à cõtrarijs & diſ-ſimilibus. In Topic. Quin li. 5. cap. 10. Argumentũ à repugnãtibus. D clar. or.

R*Epugnãtia neq; certa lege, neq; numero inter ſe diſſident: qua ratione à contrarijs, atq; diſsimilibus diſcernũtur: Exempli gratia, amare, & odio habere, con rraria ſũt: amare verò, & nocere, & lædere, & cõuitijs ſectari, repugnantia ſunt. Argumenti à repugnãtibus ta lis eſt formula, Amat illum, igitur non inſectatur illũ cõ uitijs. Hortenſius non erat aduerſarius Ciceronis, aut ob-trectator; ſemper enim eſt alter ab altero auditus, & com municãdo. & monendo, & fauendo*

## De Cauſis. Cap. XXV.

Quid cau ſa ſit. In Top. Ci. de fato. Quin. li. 5 cat. 10. Genera cauſarum ſunt qua-tuor. De finib. 2. Ar. li. 2. phyſi. c. 3. Homo ad intelligẽdũ & agẽdũ eſt nato

C*Auſa eſt, quæ ſua vi efficit id cuius eſt cauſa: vt vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. Eius quatuor ſunt genera, finis, efficiens, forma, materia. Finis eſt cuius gratia fit aliquid, vt domus finis eſt vſus, belli pax, hominis beata vita. Abeo ducit argumentum hoc modo. Cic. contra Epicureos. Hi non viderunt, vt ad curſum equum, ad arandum bouem, ad indagnandum canem: ſic hominem ad duas res, vt ait Ariſtoteles, inte ligendum, & agendum eſſe natum, quaſi mortalem Deũ: contraq́; vt tardam aliquam & lãguidam pecudem ad paſtum, & procreandi voluntatem, hoc diuinũ animal ortum eſſe voluerunt, quo nihil mihi videtur abſurdius.*

*Huius*

Efficiens cauſa, q d ſit.
Arg. à cauſa efficiēti
In lib. de Senect.

*Huius enim loci hæc vis eſt, homo natus eſt ad intelligendum & agendum, non igitur ad paſtum & voluptatem eſt ortus. Efficiens cauſa eſt à qua aliquid eſt, vt, Sol diem efficit, toto cœlo luce diffuſa: Ab ea eſt illud Ciceronis contra ſenectutis vituperatores, Caret epulis, aiunt, extructiſq; menſis, & frequentibus poculis: caret ergo vinolentia, cruditate, & inſomnijs. Cuius loci vis in eo eſt, quòd vbi cauſa deeſt, effecta quæ ex illa oriuntur, nullo eſſe modo poßint. Et Niſus, vt Eurialum ſeruet, ſe autorem cædis profitetur.*

Æn. lib. 9.

*Me me adſum, qui feci, in me conuertite ferrum*
*O Rutuli: mea fraus omnis, nihil iſte, nec auſus*
*Nec potuit.*

Forma quid ſit.
Ariſt. 2. Phyſi. c. 3
Forma vel artificioſa eſt, vel naturalis.
Argum. à forma.
Cic. de Natu. Deo. l. 1
Materia quid ſit.
Argum. à materia.
Lib. 2. Meta.

*Forma eſt ratio rei, & nota, per quam res eſt id, quod eſt, & à rebus alijs diſtinguitur, vt, Animus eſt hominis forma, hic enim cauſa eſt, vt homo ſit, eumq́ à rebus alijs diſtinguit. Sic domus, ſic nauis, ſic ignis, ſic terræ, cæterarumq́; rerum ſua forma eſt, vel artificioſa, vel naturalis. Ab ea ducitur, argumentū hoc modo, Animi hominum immortales ſunt, homines igitur ad æternitatē, immortalitatemq́; beatæ vitæ aſpirare debent. Materia eſt, ex qua, in qua res ſunt, vt ſtatuæ æs, argentum pateræ, corpus hominis. Ex materia ſic ſumitur argumentum, Corpus hominis mortale eſt, ab eius igitur ſocietate, & contagione immortalis animus ſeuocādus eſt. Ex hoc loco, Regia ſolis apud Ouidiū, Arma Æneæ apud Vir-*

*Virgilium, multa ſigna ſublata à Verre à Cic. deſcribun tur. Ex his cauſarum generibus tanquam ex fonte nõ mo do in cauſis, ſed in omni ſcribendi genere magna argume torum ſuppetit copia. Licebit igitur deligenter eo cognito non modò oratoribus, & philoſophis, quorum eſt propius ſed hiſtoricis etiam, & poëtis multa, & varia, & co- pioſa ex eo facilè de promere.* Actio. 7. in Ver. Locus à cauſis in omni ſcribendi genere ſuppeditat magnam copiam.

## De effectis. Cap. XXVI.

*Effecta ſunt ea, quæ ſunt orta de cauſis. Eorum, vt cauſarum quatuor ſunt genera, eſt enim ſuus effe- ctus & finis, & efficientis cauſæ, itemq; formæ, ac ma- teriæ. Quæ autem ſint ſingularum cauſarum effecta, cog- nitis cauſis intelligitur: vt enim quod effectũ eſt quæ fu erit cauſa demõſtrat: ſic cauſa effectum indicat. Nam ſi finis belli pax eſt, bellum eius pacis, quæ bello quæritur ef- fectus eſt, Eodẽq; modo ſolis effectus eſt, & homo corporis ac animi, quorum illud materia eius eſt, hic forma. Ab effectu ſumitur hoc modo argumentũ, Ex virtute laus, at ex voluptate naſcitur infamia: ſequenda eſt igitur vir tus, & voluptas refutãda. Eodem illud pertinet, ſi ærarij copijs & ad belli adiumenta, & ad ornamenta pacis vti mur, vectigalibus ſeruiamus.* Effecta quid ſint & eorum genera. *In Topic. Quin li. 5. cap. 10. Ari. 2. post. c. 17. Cicer. in Top.* Effecta cognitis cauſis, & cauſæ cognitis effectis facile intelligũtur. Argumentũ ab effectu.

## De comparatione. Cap. XXVII

*Locus à comparatione ſimplex quidem eſt, ſed triplici ter tractatur: à comparatione nimirum maiorum, vel minorũ, vel pariũ. Acõparatione maiorũ ducitur* *Deora. l. 2 In Topic. Quint. li. 5 cap. 10.* Arg. à ma

argumen-

ioribus ad minora. argumentũ cum contendimus, vt id, quod in re maiori

In Top. valet, valeat in minori Virgilius.

Ænei. 1. O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem.

In orat. pro Arch. Ab hoc loco dicitur illud Cic. Eſt ridiculum, ad ea, quæ habemus, nihil dicere, quærere, quæ habere non poſſumus: & de hominum memoria tacere, literarum memoriam flagitare: & cùm habeas ampliſſimi viri religionem, integerrimi municipij iuſiurandum, fidemq́, ea, quæ de prouari nullo modo poſſunt, repudiare: tabulas, quas idẽ dicis ſolere corrumpi, deſiderare. Perinde enim eſt, atque hoc: certiora teſtimonia in cauſa habemus, non ſunt igitur à nobis tabulæ poſtulandæ. Idem pro eodem; Saxa, &

In orat. pro Arch. ſolitudines voce reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur, atque conſiſtunt, nos inſtituti rebus optimis nõ

Argu. à minoribus ad maiora. In Topic. potentarum voce moueamur? A minoribus ad maiora ducitur argumentum, vt id, quod in minori re valet, valeat in maiori. Cic. in eadem oratione. Ergo ille corporis motu (loquitur autem de Roſcio) tantum ſibi amorem conciliarat à nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus, celeritatemq́ ingeniorum negligemus? idẽ enim eſt, ac ſi diceret, omnes Roſcium Comœdum, cuius

Philip. 3. leuius erat artificium, magnifaciebant, nos Archiam ſummum poëtam negligemus? Idem in Anton. L. Brutus regem ſuperbum non tulit. D. Brutus ſceleratum, atq́ impium regnare patietur Antonium? Ouidius.

Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.

Vt

*Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?*
*At pretium pars hæc corpore maius habet.*

*Et Horatius.*

*Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones,*
*Vt teipſum ſerues, non expergiſceris?* In epiſt. li 1. ad Lolliũ

*Parium autem comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſsionem, eſt enim æqualis. Multa autem ſunt, quæ æqualitate ipſa comparantur, quæ ita ferè cõcluduntur. Si conſilio iuuare ciues, & auxilio, æqua in laude ponẽdum eſt, pari gloria debent eſſe ij qui conſulunt, & ij, qui defendunt. At quod primum, & quod ſequitur, igitur. Huc pertinet illud eiuſdem Cic. in Verrem. Si finem edicto prætoris afferunt cal. Ian. cur non initium quoq; edicti naſcitur à cal. Ian? & in alia oratiòne. Cur eadẽ reſp. quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non poſsit?*

Arg. à paribus. In Topic

Cõſilio iuuabant iuriſcõſulti, auxilio Oratores.

*Act. 3. De prouĩ. conſ.*

## De argumentis remotis.

## Cap. XXVIII.

A*Rgumenta, ſiue remota, ſiue aſſumpta non eò dicuntur ſine arte, quòd ita ſunt, ſed quòd ea non parit oratoris ars, ſed foris ad ſe delata tamen arte tractat. Ea Cicero in Topicis teſtimonij nomine complectitur. Teſtimonium enim in eo loco dicit omne id, quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem. Sed ad intelligendum erit facilius, ſi cum Quintiliano in præiuditia, rumorẽ, & famã, tormẽta, tabulas, iuſiurandũ, & teſtes ea diuidamus: Quæ vt iſpa per ſe carent àrte, ita ſũmis eloquentiæ*

Argumẽta remota arte tractãtur. In Topic. *Quĩ. l. 1. c. 1*

Teſtimonij noĩe cõprehẽduntur argumẽta remota.

In Topic. *Li. 5. à c. 1 vſq; ad. 7.*

Argumēta remota ſūt prȩiudicia rumor, fama, tormēta, tabulæ, iuſiurādū, & t eſtes.

*quētiæ viribus & alleuanda ſunt plerumq́, & refellenda. Quare genus harum rerum, quæ ad oratorem deferebātur, meditatum in perpetuum ad vſum ſimilium rerum veteres oratores habebant. Nunc tranſlatis ab oratoribus ad iuriſconſultos iudicijs, vt veterum oratorū ſcripta intelligamus, congnoſcenda ſunt.*

## De preiudicijs, & teſtibus. Cap. XXIX.

*In part. Qui. nli. 5. c. 2. & 7.* Prȩiudiciorum tria ſūt genera.

C*Æteris quatuor omiſsis, quæ facilè intelliguntur, de præiudicijs, & teſtibus dicamus. Præiudiciorum vis omnis tribus in generibus verſatur. Rebus, quæ aliquando ex paribus cauſis ſunt iudicatæ, quæ exempla rectius dicuntur. Iudicijs ad ipſam cauſam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum eſt, qualia in Milonem à ſenatu facta dicuntur. Aut cum de eadem cauſa eſt pronunciatum. Veteres oratores, & pro teſtibus, & contra teſtes magno labore dicebant, vt è pluribus Ciceronis orationibus, maximeq́ oratione pro Flaco apparet. Nunc iudiciorum mutata ratio facit, ne is labor ſit neceſſarius, & vt de rumore, fama, tormentis, & iureiurādo pluribus agendum non ſit.*

*Cicer. pro Mil.*

Oratores olim magno labore dicebāt pro teſtibus, & cōtra teſtes.

## De vſu, & vtilitate locorum. Cap. XXX.

Loci multa meditatiōe paratiesse debent. *de orat. 1. In Tspic. Quin. li. 5. cap. 10.*

H*Os locos multa commētatione, atq́ meditatione paratos, atq́ expeditos, qui volet in dicēdo excellens eſſe, habere debet. Atq́ vt quæq́ res ad dicendum erit ſuſcepta, tum deniq́ ſcrutari locos, ex quibus argumenta eruat.*

Qu.

*Quæ quidem ei, qui mediocriter ea modò conſiderarit ſtudio adhibito, & uſu, pertratacta eſſe poſſunt. Eſt enim utiliſsimum noſſe regiones, intra quas uenère, & peruestiges, quod quæras. Vbi eum locum omnem cogitatione ſepſeris, ſi modò uſum rerum percallueris, nihil te effugiet, atq́ omne, quod erit in re, occurret, atq́ incidet. Vt enim, ſi aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum cōmonſtrare aliquis uellet, ſatis eſſe deberet, ſi ſigna, & notas oſtenderet locorum, quibus cognitis ille ipſe ſibi foderet, & id, quod uellet, paruo labore, nullo errore inueniret: ſic has argumentorum notas indicare ſatis eſt, quæ illa quærenti demōſtrant ubi ſint. Reliqua cura, & cogitatione eruūtur.*

Loci ſunt argumētorū notæ.

## Qui modus in argumentis adhibendus. Cap. XXXI.

Argu. ſūt ſeligēda. *In orat. in part.*

*NEc uerò imprudenter quiſquam utetur hac copia, ſed omnia expendet, & ſeliget. Non enim ſemper, nec in omnibus cauſis, ex iiſdem argumentorū momenta ſunt. Iudicium ergo adhibebit, nec inueniet ſolum quid dicat, ſed etiā expendet. Nihil enim feracius ingeniis, his præſertim, q̄ diſciplinis exculta ſūt. ſed ut ſegetes fæcundæ & uberes, non ſolum fruges, uerū herbas etiam effundunt inimiciſsimas frugibus, ſic interdū ex illis locis, aut leuia quædā, aut cauſis aliena, aut nō utilia gignūtur Quorū ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur.*

Nihil feracius ingeniis, quæ ſunt diſciplinis exculta.

Ex locis interdum leuia quędā, aut cauſis aliena, aut non utilia gignūtur.

*Illud*

Ex locis & ad proban dũ, & ad monendũ materia petitur.

*Illud autem intelligendũ eſt, ex his locis & ad faciendã fidem, & ad afferendum motum auditorum animis materiam peti. Sed quia difficile eſt, etiamſi locorum naturam cognoueris, ex illis ea, quæ ad mouẽdos animos valent, eruere, de affectibus mouendis ſeparatim dicamus, illud iterum monentes, nihil planè eſſe ſiue ad docendum, ſiue ad mouendum accommodatum, quod ex his ſupradictis fontibus non fluat:*

## De affectibus. Cap. XXXII.

Maxima vis Oratoris eſt in affectibus monẽdis.

Quin. li. 6 cap. 3. In part.

Qui loci maximè ad mouẽdũ valeãt.

M*Axima vis exiſtit oratoris in hominum mentibus permouendis, quod amplificatione fit. Eſt enim amplificatio grauior quædam argumentatio, quæ motu animorum conſiliet in dicendo fidem. Ea & verborum genere conficitur, & rerum. Quæ verba in amplificatione ponẽda ſint, tunc dicemus, cum ad elocutionis præcepta venerius. Rerum amplificatiô ſumitur ex eiſdem locis omnibus, quibus illa, quæ dicta ſunt ad fidem: maximéq; definiciones valent conglobatæ, & conſequẽtium frequentatio, & contrariarum & diſsimilium, & inter ſe pugnantium rerum conflictio, & cauſæ, & ea, quæ ſunt orta de cauſis, maximeq; ſimilitudines, & exẽpla: fictæ etiam perſonæ, muta deniq; loquãtur.*

## De amplificatione à definitationibus conglobatis. Cap XXXIII.

Hiſtoriæ laus p̃ ãplificationẽ à definitionibus conglobatis.

A *Definitionibus conglobatis eſt illa Ciceronis amplificatio. Hiſtoria verò teſtis temporum, lux veritatis,*

*tis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis, quæ voce alia niſi oratoris immortalitati commendatur? Eſt & illud ex eodē loco in primis illuſtre exemplū eiuſdem pro Seſtio. Ignari quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret; quæ in tēpeſtate ſæua quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atque hæret in patria, ſplendetq́; per ſe ſemper, nec alienis vnquā ſordibus abſoleſcit. Vbi ſunt quinq́; quaſi definitiones, tum hiſtoriæ, tum virtutis cōglobatæ: rarò enim adhibetur ab oratore definitio ad amplificandū, quæ genere declaretur, & proprietate.* De orat. 2

Definitio quæ genere & proprietate declaretur, rarò ad āplificandū adhibetur.

## De amplificatione à conſequentium frequētatione. Cap. XXXIIII.

A *Conſequentium frequentatione eſt illa in Verrem amplificatio. Constitue nihil opis eſſe in hac voce, Ciues Romanus ſum, iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui ſēper noſtris hominibus maximè patuit, Ciuibus Romanis iſta defenſione præcluſeris.* Act. 7.

## De amplificatione à contrariarum rerum conflictione. Cap. XXXV.

A *Rerum contrariarum conflictione eſt illà amplificatio Ciceronis in Antonium: Tam autem eras excors, vt tota in oratione tecum ipſe pugnares, vt non modò non cohærētia inter ſe diceres, ſed maximè di-* Phil. 2.

ſiuncta, atque contraria: ut non tanta mecum, quāta tecum tibi eſſet contentio. Vitricum tuum in tāto ſuiſſe ſcelere fatebàre, pœna affectum querebàre. Ita quod proprium meum eſt, laudaſti: quod totius ſenatus eſt, reprehendiſti: Nam cum comprehēſio ſontium mea, animaduerſio ſenatus fuerit: homo diſertus nō intelligit eū quem cōtra dicit, laudari à ſe eos, apud quos dicit, uituperari. Et in eiſdem orationibus. O ſpectaculū illud nō modò hominibus, ſed undis ipſis, & litoribus luctuoſū, cedere patria ſeruatorē eius: manere in patria proditores. Et in Catilinam. Hoc uerò quis ferre poßit, inertes homines fortißimis inſidiari, ſtultißimos prudentißimis, ebrioſos ſobrijs, dormientes uigilātibus? Ex hoc loco etiā eſt illud eiuſdem in Piſonem, & Gabinium. Qui latrones igitur, ſi quidē uos Cōſules? qui prædones, qui hoſtes, qui proditores, qui tyrāni nominabumtur? Magnū nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas Conſulis, nō capiūt anguſtiæ pectoris tui: non recipit leuitas iſta: no egeſtas animi: non infirmitas ingenij ſuſtinet: non inſolentia rerum ſecundarum tantam perſonam, tam grauem: tam, ſeueram.

Phil. 10. Brutū uocat ſeruatorem, Antonium uerò proditorē.

Orati. 2.

In Piſ.

## De amplificatione à diſsimilium & interſe pugnantium rerum comflictione. Caput. XXXVI.

A Diſſimilium, & inter ſe pugnantium rerum conflictione ſupta eſt eleganter āplificatio Ciceronis,

Qua

*Qua in re mihi ridiculè es viſus eſſe inconſtans, qui eũdem & læderes, & laudares, & virum optimũ, & hominem improbiſſimum eſſe diceres: eundem tu & honoris cauſa appellabas, & virum primarium eſſe dicebas, & ſocium fraudaſſe arguebas.* Pro Roſ. Com.

## De amplificatione à cauſis cõglobatis, & his, quæ ſunt orta de cauſis. Caput. XXXVII.

*CAuſæ etiam, & ea, quæ ſunt de cauſis orta, multũ valent ad amplificandum, ſi conglobentur. Cicero multas, & varias cauſas, propter quas multi eſſent ab eõ alieniores, iunxit hoc modo: Cũ alij me ſuſpicione periculi ſui non defenderent, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent, alij obſtare ſibi me arbitrarẽtur, alij vlciſci dolorẽ ſuũ aliquẽ vellent, alij rẽ ipſã publicã, atq; hũc bonorũ ſtatũ, ociũq; odiſſent, & ob haſce cauſas tot, tãq; varias, me vnũ depoſcerẽt. Orta verò de cauſis ad ãplificãdũ adhibuit cõtra M. Antoniũ; Doletis tres exercitus P. R. interfectos, interfecit Antonius: Deſideratis clariſſimos ciues, eos quoq; vobis eripuit Antonius: Autoritas huius ordinis afflicta eſt afflixit Antonius: Omnia deniq; quæ poſtea vidimus mala (quid autẽ mali nõ vidimus?) ſi rectè rationabimur, vni accepta referemus Antonio. Ex hoc loco Mezentij immanem crudelitatem auget Euander apud Virgilium,*

In Orat. pro Seſtio.

Phil. 2. Tres exercitus pop. Roma. in bello ciuili Cæſaris & Põpeij ſunt interfecti.

Lib. 8.

*Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni*
*Efferas? Dij capiti ipſius, generiq; reſeruent.*

*Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,*
*Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,*
*Tormenti genus, & ſanie, taboq; fluentes*
*Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.*

## De amplificatione à ſimilitudine, atque exemplo. Cap. XXXVIII.

In Ver. act. 7.

*Cicero Verris auaritiam, qua multorum bona deuorauerat, exemplis exaggerauit his verbis. Non enim Charybdim tam infeſtam, neque Scyllam nautis quàm iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Virgilius etiã ex hoc loco pulchritudinem Æneæ pulcherrimis carminibus amplificauit.*

AEnei. 1.

*Reſtitit AEneas, claraq; in luce refulſit,*
*Os, humeróſque deo ſimilis: namque ipſa decoram*
*Cæſariem nato genitrix, lumenque iuuentæ*
*Purpureum, & lætos oculis adflarat honores:*
*Quale manus addunt ebori decus: aut vbi flauo*
*Argentum, Parius ve lapis circundatur auro.*

*Idem mirificè expreßit vim, qua Æneas in Turnum haſtam coniecit.*

AEnei. 12

*Cunctanti telum AEneas fatale coruſcat,*
*Sortitus fortunam oculis, & corpore toto*
*Eminus intorquet: murali concita nunquam*
*Tormẽto ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tanti*
*Diſſultant crepitus: volat atri turbinis inſtar.*
*Exitium dirum haſta ferens.*

Pro mil.

*Ab exemplis vero eſt illa Ciceronis amplificatio prò Milone,*

*Milone, Quamobrem vteretur eadem confeſſione Titus Annius, qua Hala, qua Naſica, qua Opimius, qua Marius, qua noſmetipſi. Et in Catilinã, An verò vir ampliſſimus P. Scipio pontifex maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantẽ ſtatũ Reip. priuatus interfecit: Catilinam verò orbem terræ cæde atq; incendijs vaſtare cupientẽ nos Conſules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. Seruilius Hala Sp. Melium nouis rebus ſtudentẽ manu ſua occidit.* Orat. I.

## De fictis perſonis, & mutis rebus. Caput. XXXIX

*Cicero in oratione pro Cælio, Appio Cæco vita olim functo ſermonem attribuit. Illa etiam oratio ad permouendos animos magnam vim habet, cum mutis perſonis ſermonem damus, vt Cicero fecit contra Catilinã; Et enim ſi mecum patria, quæ mihi vita mea multò eſt charior, ſi cuncta Italia, ſi omnis Reſpub. loqueretur, M. Tulli quid àgis? & ea, quæ ſequuntur. Eandem etiã in eadem oratione cum Catilina loquentem facit elegãti oratione, cuius initium eſt, Nullum iam tot annos facinus extitit, niſi per te: nullum flagitium ſine te. Fecit & Lucanus eandem cum Iulio Cæſare loquentẽ. priuſquam ille Rubiconem fluuium, qui dirimit Galliam ab Italia, tranſiret.*

Magnã vĩ habet ad animos permouẽdos cùm mutis pſonis ſermonẽ damus. Orati. I.

*Vt ventum eſt parui Rubiconis ad vndas*
*Ingens viſa duci patriæ trepidantis imago* Lib. 2.

Lib. 2.

*Clara per obſcuram vultu mœstiſſima noctem:*
*Turrigero canos effundens vertice crines*
*Cæſarie lacera, nudisq; aſtare lacertis,*
*Et gemitu permixta loqui. Quó tenditis vltra,*
*Quó fertis mea ſigna viri? ſi iure venitis,*
*Si ciues: huc vſque licet.*

## Quæ ſint ad amplificandum ad hibenda. Caput. XL.

In partit. Ad amplificādū adhibēda ſunt, quę magna habētur.

*SI cauſa patitur, ea ſunt ad amplificandum ad hibenda, quæ magna habentur: quorum eſt duplex genus. Alia enim magna natura vidētur, alia vſu. Natura, vt cœleſtia, vt diuina, vt ea, quorū abſcuræ cauſæ, vt in terris, mundoq; admirabilia, quæ ſunt: ex quibus, ſimilibusq;, ſi attendas, adaugendum multà ſuppetunt. Vſu habentur magna, quæ videntur hominibus aut prodeſſe, aut obeſſe vehementius: quorum ſunt genera ad amplificandum tria. Nam aut charitate mouentur homines, vt Dei, vt patriæ, vt parentū: aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarum: aut honeſtate, vt virtutum, maximeq; earū, quæ ad communionem hominum & liberalitatē valent. Ex his & cohortationes ſumuntur ad ea retinenda, & in eos, à quibus ea violata ſunt, odia incitātur, & miſeratio naſcitur, proprius locus augendi in his rebus, aut amiſſis, aut amittendi periculo. Quāuis enim neque ad probandum, neque, ad amplificandum ad hiberi quicquam poteſt, quod ex locis petitum non ſit,*

Duplex eſt genus rerū magnarū.

Rerū vſu magnarū genera ſūt ad amplificādū tria.

Maximè mouētur homines honeſtate virtutum quæ ad cōmunionē hominum valēt.

Quæ petūtur è locis ad amplifi

tamen

*tamen ea ipſa, quæ petuntur è locis ad amplificandum magna eſſe debent. Sic fecit Cicero in Catilinam cũ ait, Quapropter de ſumma ſalute veſtra & populi Roma. P. C. de veſtris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de ſanis ac templis, de totius vrbis tectis ac ſedibus, de imperio, de libertate, de ſalute Italiæ, deq; vniuerſa Rep. decernite diligenter, vt inſtituiſtis, ac fortiter. Pleraq; omnia ſumpta ſunt è loco ab adiunctis, ſed ſunt vſu magna. Virgilius etiam cum Iulij Cæſaris deplorat mortem à rebus natura magnis, quas ad locos ſupradictos referre tamen poßis, amplificationem duxit.*

candũ magna eſſe debent. In Catili. Or. 4.

Georg. 1

*Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam,*
*Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit:*
*Impiaq; æternam timuerunt ſecula noctem.*

*Quam vſque ad libri finem elegantißimè proſequitur.*

## Quid in amplificatione ſeruandum. Caput. XLI.

*NIhil in ãplificatione nimis enucleandum eſt. Minuta eſt enim omnis diligentià, hic autem locus grandia requirit. Illud eſt iudicij, quo quaque in cauſa genere vtamur augendi: in illis enim cauſis quæ ad delectationem exornãtur, ij loci tractandi ſunt, qui mouere poſſunt expectationem, admirationem, voluptatem. In cohortationibus autem bonorum ac malorum enumerationes, & exẽpla valẽt plurimũ. In iudicijs accuſatori ferè quæ ad iracũdiã, reo plerũq; quæ ad miſerationẽ pertinẽt.*

Minuta eſt õnis, diligẽtia. In part. Quo genere amplificationis vtẽdũ in exornatione. Incohortationib9 bonorũ & malorũ enumeratio p ãplificatione tractãdaeſt.

*Non nunquam tamen accuſator miſericordiam mouere poteſt, & defenſor iracundiam,*

## Cur quædam inuentionis præcepta ad cauſarum genera dentur acõmodata: & de dignitate exornationis. Cap. XLII.

*ET ſi ex ſupradictis fontibus omnis ad omnem orationem manat inuentio, tamen veteres oratores de generibus cauſarum (vt diſcentium minuerent laborem) ſeorſum præcepta tradiderunt. De præceptis autem exornationis in primis dicendum eſt. Nam & latũ genus eſt, ſaneq; varium. vt quod ad laudandos claros viros, & ad improbos vituperandos ſuſcipiatur: ad aliorum etiã vel animalium, vel carentium anima laudem vel vituperationem adhibetur, vt Cicero laudes Pompeij in Oratione pro lege Manilia, Siciliæ in actionibus in Verrem, ſtudiorũ verò humanitatis in oratione pro Archia poeta exornauit. Accedit etiam ad eius commendationem, quòd nullum eſt genus orationis, quod aut vberius ad dicendum, aut vt vtilius ciuitatibus eſſe poßit, aut in quo mãgis orator in cognitione virtutum, vitiorũque verſetur. Conficitur autem genus hoc dictionis ad animi motus leniter tractandos, magis quàm ad fidem faciendam, aut confirmandum accommodatè. Proprium enim laudis eſt res amplificare & ornare. Quam ob cauſam † Ariſtiteles, & poſtea Cicero, & Quintilianus idoneam maximè inter omnia genera cauſarum exiſtimauerunt*

Laus generis demonſtratiui.

*De orat. 2.*

*Quintil. 3. cap. 9.*

Act. 3. 4.

Animi motus leniter in exornatione tractantur.

† *Ar. li. 1. Rhet. c. 6. Quin. li. 3. cap 9.*

Exornatio maxime idonea ad ſcribẽdũ.

*mauerunt ad ſcribendum, exortationem.*

## Ex tẽpore præterito quo modo laus ducatur. Cap. XLIII.

*LAus hominum, cuius cognita præcepta facilè ad res alias transferentur, diuiditur in tempora, quodq; ante eos fuit, quoq; ipſi vixerunt. In his autem, qui vita functi ſunt, etiam quod eſt inſecutum. Ante hominem patria ac parentes, maioresq; erunt, quorum duplex tractatus eſt: aut enim reſpondiſſe nobilitati pulchrũ erit aut humilius genus nobilitaſſe factis. Illa quoq; interim ex eo, quod ante ipſum fuit tempòre trahẽtur, quæ reſpõſis, vel oraculis, vel ſignis futuram claritatem promiſerint, vt in diuo Ioanne Baptiſta, multisq; alijs viris ſanctiſsimis.*

Laus mortuorum in tria tẽpora diuiditur. *Quin. li. 3. cap. 9.*

Dupliciter tractatur laus eorũ quæ ante hominem ſunt.

## De tempore quo vixit is, qui laudatur. Cap. XLIIII.

*IPſius laus hominis ex animo, & corpore, & extra poſitis peti debet. Externa ſunt, vt educatio, opes, diuitiæ, propinqui, amici potentia, gratia cæteraq; huiuſmodi. In corpore verò ſunt hæc, forma, vires, valetudo, & his ſimilia. Qui hæc habuerit, làudabitur quòd bene illis ſit vſus: ſi non habuerit, quòd ſapiẽter caruerit: ſi amiſerit, quod moderatè tulerit. Et quanuis & corporis, & fortuita quæ dicuntur, bona, in ſe veram laudem non habeãt, quæ deberi virtute vni putatur, tamem quòd ipſa virtus in earum rerum vſu, ac mode*

Laus hominis ex animo & corpore, & reb9 externis petẽda eſt *Quin. li. 3. pap. 9.* *Cicer. de Orat.*

*ratione*

Virtus in externarũ rerum vſu ac moderationemaxime cernitur.

ratione maximè cernitur, tractanda etiam in laudatiõnibus hæc ſunt, In quibus eſt ſumma laus nõ exſtuliſſe ſe in poteſtate, non fuiſſe inſolentem in pecunia, non ſe prætuliſſe alijs propter abundantia fortunæ: vt opes & copiæ, non ſuperbiæ videantur ac libidini, ſed bonitati, ac moderationi facultatem, ac materiem de diſſe. Inter corporis verò bona, forma, quæ virtutem ſignificat, facilè laudatur, quod elegantiſsimè Latinus poëta his verbis ſignificauit.

Inter bona corporis forma excellit.

In part.

Æneι.5.

*Tutatur fauor Euryalum, lachrymæq́; decoræ,*
*Gratior & pulchro veniens in corpore virtus,*

Ceterarũ rerũ leuior animi ſemper vera eſt laus.

Sed horum omnium leuior, at animi ſemper vera eſt laus, quæ quoniam à virtute proficiſcitur, de illa nunc dicendum eſt.

*Quint.li.3 caput.7.*

## De animi bonis, & virtute, quæ ſcientia cernitur. Cap. XLV.

Virtus aut ſciẽtia cernitur aut actione.

In part.

Virtutis duplex eſt vis: aut enim ſcientia cernitur virtus, aut actione. Nam quæ prudentia, quæq́; grauiſsimo nomine ſapientia appellatur, hæc ſcientia pollet vna; quæ verò moderandis cupiditatibus, regendisq́; animi motibus laudatur, eius eſt munus in agendo. Prudentia eſt rerum expetendarum, fugiendarumq́; ſcientia. Sapientia autem virtutum omnium princeps, eſt diuinarum, humanarumque rerum ſcientia. Sũt autem aliæ quaſi miniſtræ, comiteſq́; ſapientiæ: quarum altera, quæ dialectica dicitur, quæ ſint in diſputãdo vera, atque falſa diſtinguit, & iudicat: altera eſt oratoria.

Prudentia quid ſit.

*Officio.2.*

Dialectica & oratoria quaſi miniſtræ ſũt & comites ſapientiæ.

In part.

ria. Nihil enim eſt aliud eloquentia, niſi copioſe loquens ſapientia, quæ ex eodem hauſta genere, quo illa, in diſputando uberior eſt, atque latior; & ad motus animorum, vulgique ſenſus accommodatior. Studia etiam omnium bonarum artium ad hunc locum pertinent.

Eloquētia eſt copioſe loquens ſapientia.

## De virtute quæ in actione conſiſtit. Caput. XLVI.

VIrtus, quæ actione poſita eſt, tres habet partes, Iuſtitiam, Fortitudinem, & temperantia. Iuſtitia eſt virtus, quæ in hominum ſocietate tuenda, tribuēdoq́ ſuum, cuiq́, & rerum contractarum fide verſatur. Illa erga deum religio, erga parentes pietas, vulgo autē bonitas, creditis in rebus fides, in moderotione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolētia nominatur. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſsio, cuius eſt liberalitas in vſu pecuniæ. Tēperantia eſt rationis in libidinem, atq; in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Cuſtos verò virtutum omnium, de decus fugiens, laudeq́ maximè conſequens, verecundia eſt.

Tres ſunt partes virtutis in actione poſitæ.
*Ariſt. li. 1. rhet. c. 9.*
Iuſtitia quid ſit.
*Offi. 1.*
Iuſtitiæ partes.
*In part.*
Fortitudo quid ſit.
*De inuē. 2.*
Tēperātia quid ſit.
Verecūdia eſt cuſtos virtutū omnium.

## Quo modo laus ab hoc loco ſit ducéda. Cap. XLVII

ET quoniā ſingularū vitrtutū ſunt certa quædā officia, ac munera, & ſua cuique virtuti laus propria debetur: erit explicādū in laude iuſtitiæ, quid cū fide, quid cū æquabilitate, quid cū huiuſmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit. Huc ſpectat illa Ser. Sulpitij laus apud Ciceronem, Nec verò ſilebitur admirabilis quædam,

*In part.*
Singularū virtutūſūt certa quędā officia.
*De orat. 2*
*Phil. 9.*

quædam, & encridibilis, & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicandis, ſcientia. Omnes, qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, ſi unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpitio non ſunt cõparandi. Ne quæ enim ille magis iuriſcunſultus, quàm iuſticiæ fuit. Itaque quæ proficiſcebãtur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatem, æquitatemq́; referebat: neq; coſtituere litium actiones malebat, quám cõtrouerſias tollere. Itemq́; in cæteris res geſtæ ad cuiuſq́; virtutis genus, & vim, & nomen accõmodabuntur, Gratiſsima autem laus eorum factorum habetur, quæ ſuſcepta videntur à viris fortibus ſine emolumento, ac premio: quæ vero etiam cum labore & periculo ipſorum, hæc habent uberrimam copiam ad laudaudum, quod & dici ornatiſsimè poſsunt, & audiri facillimè. Ea enim deniq́; virtus eſſe videtur præſtãtis viri, quæ eſt fructuoſa alijs, ipſi autem laborioſa, aut periculoſa, aut certè grauita. Drances apud Virgi. ita Æneam alloquitur.

Res geſtæ ad cuiusq; virtutis nomen, & vi ſunt reuocandæ.

Quæ virt⁹ præſtãtis viri ſit.

Æn. lib. 11.

O fama ingens, ingentio armis
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem?
Iuſtitiæne prius mirer, belline laborum?

Hinc Seruium Sulpitium mirificè Cicero laudat: quòd difficillimo Reip. tempore, graui periculoſoq́; morbo affectus, autoritatem Senatus, ſalutemq́; pop. Rom. vita ſuæ præpoſuerit, contraq́; vim grauitatemq́; morbi contenderit ut ad caſtra Antonij, quo Senatus eũ miſerat,

Philip. 9.

perue-

peruenirꝫ. *Magna etiam illa laus, & admirabilis vi-deri ſolet, tuliſſe caſus ſapienter aduerſos: non fractum eſſe fortuna: retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem. Sic Cicero Milonis in graui ac difficili tempore vultum ſem-per eundem, & vocem, & orationem ſtabilem ac non mutatam commendat, & eius infractum, & excelſu animum extollit. Sumendæ autem res erunt aut magni-tudine præſtabiles: aut nouitate primæ: aut genere ipſo ſin-gulares. Eiuſmodi rerum plenæ ſunt orationes Ciceronis pro lege Manilia, & pro M. Marcello, in quarum al-tera Cn. Pompeium, in altera Iulium Cæſarem laudat: neque enim paruæ, neque vſitatæ, neque vulgares ad-miratione, aut omnino laude dignæ videri ſolent. Eſt etiam cum cæteris præſtantibus viris cõparatio in lau-dation̄e præclara. Sic apud Virgilium Auguſtus Cæſar cum his comparatur, quorũ erant illuſtres victoriæ.*

Magna eſt laus tuliſſe caſus ſapiẽter aduerſos.

Quæ res in laudatione ponẽdæ.

Æn. lib. 6.

*Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,*
*Fixerit æripidem ceruam licet, aut Erymanthi*
*Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu,*
*Nec qui pãpineis victor iuga flectit habenis,*
*Liber agens celſo Nyſæ de vertice tigres,*

*Et Cicero in Philippicis M. Antonium cum Tarquinio ſuperbo comparat: & D. Bruti: qui regnare non patie-batur Antonium, beneficia in Remp. maiora eſſe do-cet, quàm L. Bruti, à quo Tarquinius expulſus eſt.*

Phil. 3.

## De tempore quod finem hominis inſe-quitur. Cap. XLVIII.

Nec

Quæ ſint laudāda in tēpore qđ finē hominis inſequitur.

Liberi parētibus, vrbes conditoribus, inuenta inuētoribus laudē afferūt.

Quia li. 3. cap. Phil. 9.

*NEc mors eorum, quorum vita laudabitur, ſilentio preteriri debebit: ſi modò quid erit animaduertendū, aut in ipſo genere mortis, aut in ijs rebus, quæ mortem erunt conſecutæ. In tempore autem, quod finem hominis inſequitur, in ſunt habiti poſt mortem honores, decreta virtutis præmia, res geſtæ iudicijs hominum cōprobatæ. Afferunt etiam laudem liberi parentibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non iſtituta quoq; autoribus. Hinc eſt illud Ciceronis de Seruio Sulpitio. Quaquam nullum monimentum clarius Ser. Sulpitius relinquere potuerit, quam effigiē morum ſuorum, virtutis, conſtantiæ, pietatis, ingenij filiù, cuius luctus aut hoc honore veſtro, aut nullo ſolatio leuari poteſt.* In Cat. *Et in alia oratione: Romulum, qui hanc vrbem condidit, ad deos immortales beneuolentia, famaq; ſuſtulimus. Ouidius laudem eorum, qui aſtrorum ſcientiam inuenerunt, his elegantiſſimis carminibus celebrauit.*

Faſt. li. 1.

*Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum*
*Inq; domos ſuperûm ſcandere, cura fuit.*
*Credibile eſt illos pariter vitijſq; iocíſq;*
*Altius humanis exeruiſſe caput.*
*Non Venus & vinum ſublimia pectora fregit.*
*Officiumq; fori, militiæq; labor.*
*Nec leuis ambitio perfuſaq; gloria fuco,*
*Magnarum ve fames ſollicitauit opum.*
*Admouêre oculis diſtantia ſydera noſtris,*
*AEtheraq; ingenio ſuppoſuêre ſuo.*

*Omnis*

*Omnis ordo ſupradictus in vituperatione conſtabit tã* *Quin. li. 3. cap. 9.*
*tum in diuerſũ, id, quod in orationibus Ciceronis in Piſonem, in Vatinium, in M. Antonium, maximeq́ ex ſecunda Philippica animaduertere licet.*

## De laude vrbim. Cap. XLIX.

*LAudantur vrbes ſimiliter atque homines. Nam pro parente eſt conditor, & multum authoritatis,* Vrbes ſimiliter atque laudãtur.
*affert vetuſtas & virtutes ac vitia circa res geſtas, eademq́ in ſingulis. Illa propria, quæ ex loci poſitione,* *Quin. li. 3. cap. 9.*
*ac munitione ſunt. Ciues illis, vt hominibus liberi, decori. Ad hunc locũ pertinet illud Virgi. de vrbe Roma.*

*En huius, nate, auſpicijs illa inclyta Roma.* *Ænei. 6.*
*Imperium terris, animos æquabit olympo,*
*Septemq; vna ſibi muro circundabit arces*
*Felix prole virûm,*

*Idem etiam poëta Italiæ laudes elegantiſſimè celebrauit ex his locis, in ſecundo libro Georgicorum.* Exornationis præcepta multũ cõferũt ad deliberationem.

## De liberatione. Cap. L.

*QVæ tradita ſunt exornationis præcepta, multum ad ſententiam dicendam valet: quia plerumq́* *Ariſt. li. 1. cap. 9.*
*eadem illic laudari, hic ſuaderi ſolent. In deliberãdo finis eſt dignitas, ad quem omnia referuntur in cõſilio dãdo, ſententiaq́ dicenda.* *Quin. li. 3. cap. 10.* *Deorat. 2.*
*Sunt autem & in ſuadendo, & in diſſuadendo tria primum ſpetanda: quid ſit, de quo deliberetur: qui ſint, qui deliberent: qui ſit, qui ſuadeat.* Tria ſunt ſpectãda ĩ ſuadẽdo, vel deſſuadendo,

## De re, de qua deliberatur. Cap. LI.

*Quintil. 5 capu. 10.*

*Rem,*

Ariſt.li.1 ca.6.& .7 Quin .li.3 cap.10.

Rem, de qua deliberatur, aut certum eſt poſſe fieri, aut incertum. Si incertum, hæc erit quæſtio ſola, aut potentiſsima. Sæpe enim accidit ut prius dicamus, ne ſi poſsit quidem fieri, eſſe faciendum: deinde fieri non poſſe. Cum autem de hoc quæritur, coniectura eſt, ut, An Rex Emanuel terras ultra Oceanum ſit inuenturus. Sic ait Cicer. Pacem cũ M. Antonio eſſe nolo, quia turpis eſt, quia periculoſa, quia eſſe non poteſt. Quæ tria diligentiſsime in oratione explicat, Quædam & fieri poſſe, & futura eſſe credibile eſt, ſed aut alio tẽpore, aut alio modo. Partes ſuadendi in uniuerſũ ſunt tres: prima eſt, ut doceamus effici poſſe id, quod ſuademus: ſecunda deinde honeſtum eſſe: poſtremo verò eſſe utile. Imprimis itaque videndum eſt an effici poſsit id, quod ſuademus: nam ſi quid effici non poſsit, deliberatio tollitur, quanuis & honeſtum & utile ſit. videndum etiã eſt quàm facile poſſit: nam quæ per difficilia ſunt, perinde habenda ſunt, ac ſi effici non poſsint. Et cũ de neceſsitate attendemus, & ſi aliquid non neceſſarium videbitur videndũ tũ erit, quàm ſit magnum. Quod enim per magni intereſt, pro neceſſario ſæpe habetur. Eſt apud T. Liuium præclara P. Scipionis oratio, in qua & poſſe Annibalẽ in Africa vinci demõſtrat: & ad dignitatem populi Romani, famamq́ apud reges, genteſq; externas pertinere, non ad defendendam modò Italiam, ſed ad inferenda etiã Africæ arma, videri Romanis

Phil.7. Quin .li.3 cap.10.

Partes ſuadendi ſunt tres.

Si quid effici non poteſt delibe ratio tollitur.

Ariſt.Rhe li.1.cap.4 Cicer. de. Ora..2.

li.8.dec.3.

*animum eſſe: & in primis eſſe utile requieſcere aliquando diu vexatam Italiam, vri, populariq; inuicem Africam.*

## De his, qui deliberant. Cap. LII.

*DIuerſi ſunt deliberantium animi: & ſiue conſultẽt plures, ſiue ſinguli, in utriſque differẽtia eſt. Quia & in pluribus multum intereſt, ſenatus ſit, an populus: Romani, an Hiſpani, an Galli: & in ſingulis, Cato an Cicero, Cæſar an Pompeius deliberet. Proinde intuenda ſexus, dignitas, ætas, ſed mores præcipuè diſcrimen dabũt. Duo enim ſunt hominum genera, alterum indoctũ, & agreſte, quod antefert ſemper utilitatẽ honeſtati: alterũ expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit.*

Quin. li.3. cap.10. Multũ intereſt quis deliberet. Præcipuè intuẽdi mores ei9, qui deliberat. *In part.*

## De prima parte ſuadendi. Caput. LIII.

*SI honeſtatis pulchritudo cerni oculis poſſet, mirabiles ſui amores excitaret. Sed quoniam genus hominũ ad honeſtatem natum, malo cultu, prauiſq; opinionibus corruptum eſt, diligenti cohortatione opus eſt. Et honeſta quidem apud honeſtos ſuadere facillimum eſt: ſi verò apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuerſam vitæ ſectam, cauendũ eſt. Et animus deliberantis non ſola virtutis cõmendatione permouendus, ſed laude, vulgi opinione, & ſecutura utilitate, aliquanto verò magis obijciendo aliquos, ſi diuerſa fecerint, metus. Nam præter id, quòd his leuiſſimi cuiuſq; animus facilimè terretur, neſcio an naturaliter apud plu-*

Magna eſt honeſtatis pulchritudo. *Ariſt. li.1. rhet.* ca.6. *Officio.1. In part.* Facile eſt honeſta apud honeſtos obtinere. *Quint.li.3 caput.10.* Leuiſsimi cuiuſq; animus facilime terretur.

rimos plus valeat malorũ timor, quàm ſpes bonorũ. Genus eſt enim eiuſmodi (ait Cic.) quod veſtros animos excitare atq; inflammare debet, in quo agitur pop. Ro. gloria, quæ vobis à maioribus, cùm magna in õnibus, rebus tũ ſũma in re militari tradita eſt: agitur ſalus ſociorũ, atq; amicorũ, pro qua, multa maiores veſtri magna, & grauia bella geſſerunt: aguntur certiſsima pop. Rom. vectigalia, & maxima, quibus amiſsis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. Sola virtutis cõmendatione incẽdit militum animos Cato apud Lucanũ ad aggrediendum iter difficillimum & periculoſiſsimum.

Lib. 9.

O quibus vna ſalus placuit mea caſtra ſecutis
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, ſummoſque labores.

Quam orationem pulchra illa claudit ſententia.

Serpens, ſitis, ardor, arenæ,
Dulcia virtuti. Gaudet patientia duris.
Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat, honeſtum.

Quæ officia quibus anteponẽda.

Sæpe etiam controuerſia inter hominũ ſentẽtias in illo eſt vtrum ſit honeſtius. Affirmant autem viri ſapientiſſimi omne officium, quod ad coniunctionem hominũ, & ad tuendam ſocietatẽ valet, anteponendũ eſſe illi officio quod cognitione & ſcientia continetur. In ipſa autem communitate ſunt gradus, ex quibus, quid cuiq; præſtet, intelligi poteſt, vt prima Deo Optimo Max. ſecũda patriæ, tertia parẽtibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Ex quibus atque ſimilibus intelligimus, quo-

modo

*modo hanc ſuaſionis partem, quæ ad honeſtatem pertinet tractare debeamus.*

## De vtilitate. Cap. LIIII.

*AN ſit autem facile, magnum, iucundum, ſine periculo, ad quæſtionẽ pertinet vtilitatis. Suaſor itaq; vel omnia hæc, vel eorum pleraq; ineſſe in eo, quod ſuadet, oſtendet. Ilioneus his verbis alloquitur Latinũ regem apud Virgilium.*

Facile, magnũ, iucundũ ad vtilitatis quæſtionẽ pertinent.

*Ariſt. li. 1 Rhet. ca. 6 Quint. li. 3 cap. 10.*

*Dijs ſedem exiguam patrijs, lituſq; rogamus*
*Innocuum, & cunctis vndamq;, auramq; patentem.*
*Non erimus regno indecores: nec veſtra feretur*
*Fama leuis, tantiq; aboleſcet gratia facti.*

*Qui verò diſsuadet, ille difficile, paruũ, iniucundum, periculoſum monſtrabit. Hoc modo Fabius Maximus apud T. Liuium ne P. Scipio in Africam traijciat, contẽdit: cũ Annibal hoſtis incolumi exercitu quartumdecimũ annum Italiam obſideat. Nam nunc quidem præterquã quòd & in Italia & in Africa duos diuerſos exercitus alere ærarium non poteſt, præterquã quòd vnde claſſes tueamur, vnde commeatibus præbendis ſufficiamus nihil reliqui eſt: periculi tãdem quantũ adeatur, quẽ fallit? Deinde grauiter & ſapiẽter difficultates multas, & pericula commemorat, quæ futura ſint, ni conſul vterq; in Italia retineatur. Eodẽ etiã modo propoſitis duobus vtilibus, vtrum ſit vtilius cõtrouerſia eſt. Cum autem ſpecies vtilitatis cũ honeſtate certat, qui vtilitatẽ defendet*

Li. 8. Dec.

*De orat. 2*

*enumerabit cõmoda pacis, opum, potentiæ, vectigaliũ, præſidij, militũ, vtilitateſq́ cæterarũ rerũ, quarum fructum vtilitate metimur: itemq́ incõmoda contrariorũ.*

Saluſt. de Catil. *Ex his locis Catilina apud Saluſtiũ ad nefariũ facinus, quod ille maximũ, atq; pulcherrimum vocat, coniuratos hortatur, Vobis (inquit) eſt domi inopia, foris æs alienum, mala res, ſpes multò aſperior, deniq; quid reliqui habemꝰ præter miſeram animam? Quin igitur expergiſcimini? en illa, quam ſæpe optaſtis, libertas: præterea diuitiæ, decus, gloria in oculis ſita ſunt. Curio ſimiliter apud Lucanũ ſpecie vtilitatis Iulium Cæſarem ciuile bellum hortatur.*

Lib. 1.

*Bellantem geminis tenuit te Gallia luſtris,*
*Pars quota terrarum: facili ſi prælia pauca*
*Geſſeris euentu, tibi Roma ſubegerit orbem.*

*Qui ad dignitatem impellet, maiorũ exempla, quæ erũt vel cum periculo glorioſa, colliget, poſteritatis immortalem memoriam augebit, vtilitatẽ ex laude naſci defendet, ſemperq́ eam cum dignitate eſſe coniunctã. Hæc autem exercitatio defendendi ſpeciẽ vtilitatis contra honeſtatem, in qua vna vera eſt vtilitas, ad ſcholarum exercitationes vtilis eſt: nam & iniquorum ratio noſcenda eſt, vt melius æqua tueamur.*

Vtilitas ſẽper cũ dignitate coniuncta eſt.

Quin. li. 3. cap. 10.

## De eo qui ſuadet. Cap. LV.

Suadere aliquid, aut diſſuadere grauiſsimę eſt perſonæ.

M*Vltum etiã refert, quæ ſit perſona dicentis: ſuadere enim aliquid, aut diſsuadere grauiſsimæ eſt perſonæ. Nam & ſapientis eſt, conſiliũ explicare ſuũ de*

*maxi-*

*maximis rebus: & honeſti, & diſerti, ut mẽte prouidere, autoritate probare, oratione perſuadere poßit. Nunc (ait Cic.) cũ & autoritatis in me tantũ ſit, quantũ vos honoribus mandandũ eſſe voluiſtis: & ad agendũ facultatis tantũ, quantũ homini vigilãti ex forenſi vſu prope quotidiana dicẽdi exercitatio potuit afferre: certè, & ſi quid in dicendo conſequi poſſum, ijs oſtendã potißimũ, qui ei quoq; rei fructũ ſuo iudicio tribuerunt. Anteacta vita ſi illuſtris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut dignitas affert expectationẽ; videndũ eſt ne, quæ dicũtur, ab eo qui dicit, dißentiãt. Hoc egregiè ſeruauit Virgilius in Latino rege, quem ſic dicentem introducit.*

De orat. 2. Quint. li. 3 caput. 10. Proleg. Man.

Quin. li. 3. cap. 10.

*Olli ſedato reſpondit corde Latinus;*
*O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci*
*Virtute exuperas, tantò me impenſius æquum eſt*
*Conſulere, atq; omnes metuentem expendere partes.*

Æneid. 12

*At his cõtraria ſũmißiorẽ quendã modũ poſtulãt. Nã quæ in alijs libertas eſt, in alijs licẽtia vocatur; & quibuſdã ſufficit autoritas, quoſdam ratio ipſa ægrè tuetur.*

## Quędam in deliberatione obſeruanda.

## Cap. LVI.

Ad dicẽdũ probabiliter mores ciuitatis ſũt cognoſcendi.

A*D conſiliũ de Repub. dandũ caput eſt noſſe Rempublicã; ad dicendũ verò probabiliter noſſe mores ciuitatis, qui, qui crebrò mutãtur, genus quoque orationis eſt ſæpe mutandũ. In ſenatu minori apparatu dicendum eſt, ſapiens enim eſt conſiliũ, multiſq; alijs dicendi relinquendus locus, vitanda etiam ingenij, oſtẽtationiſq; ſuſ-*

Ariſt. li. 1. rhet. ca. 8. De orat. 2 Quin. li. 1. cap. 10.

Minori apparatu apud ſapiẽtes dicẽdũ.

Concio capit omnē vim orationis.

*pitio. Concio capit omnem vim orationis, & grauitatē, varietatemq́ deſiderat: maximaq́ pars orationis admouēda eſt ad animorū motus. Hoc videre eſt in quibuſdā Ciceronis orationibus contra M. Antonium in ſenatu habitis, quæ cū ſunt elegantes & diſertæ, nullū tamen apparatū habent. At oratio pro lege Manilia, & orationes de lege Agraria, multò magnificentius habent, & ornatius genus dicendi. Vis autem ad ſuadendum exemplorum eſt maxima, aut recētium, quò notiora ſunt; aut veterum, quò plus autoritatis habent. Plerūq; enim videntur reſpōdere futura præteritis, habeturq; experimētum velut quoddam rationis teſtimonium. Suadet Fabius Maximus in ſenatu, ne P. Scipio Annibale in Italia relicto in Africam traijciat: Dies me deficiat (inquit) ſi reges imperatoresq; temerè in hoſtium terras trāſgreſſos, cum maximis cladibus ſuis, exercituumq́ ſuorum enumerare velim. Deinde vetus affert Athenienſiū exemplū, qui claſſe in Siciliam tranſmiſſa, rempublicam ſuam in perpetuū afflixerunt. Et nouum M. Atilij, qui in ea ipſa Africa annis antè quadraginta in prælio victus, & captus eſt. Sequebatur, vt ea, quæ iudicijs accōmodata ſunt, explicarētur: ſed quia iudiciorum mutata ratio, vt ea præcepta parū ſint neceſſaria, efficit, & ex orationibus Ciceronis, & locis ſupradictis, tum etiā his quæ de partibus orationis dicentur, facilè cognoſci poſſūt: ſequitur vt de ſecunda parte Rhetoricæ dicamus.*

Exēplorū maxima eſt vis ad ſuadendum.
Ariſ. lib. 1. Rhe. ca. 9.
Quin. li. 3. cap. 10.
Ci. in par.
Experimētum eſt velut quoddā rationis teſtimoniū.

# DE ARTE RHETORICA LIBER, II.

## De Diſpoſitione. Cap. I.

*SECVNDVS HIC LIber diſpoſitionis præcepta continebit quæ oratori perutilia ſunt, & maximè neceſſaria. Quid enim diligenter argumenta inueniſſe conferet, niſi pari diligentia, quæ inuenta ſunt, collocentur? Excellentis ducis virtus non magis in diligendo fortiſſimo, & ſtrenuiſſimo quoq; milite ad bellum, quàm in inſtruenda ad pugnam acie cernitur:* Quinli.7. in præfa. *& ſi quam in corporibus noſtris, aliorum-ve animalium partem permutes, atque transferas, licèt habeat eadem omnia, prodigiũ ſit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti perdunt, quo viguerũt, vſum: & turbati exercitus ſibi ipſi ſunt impedimento. Sic oratio carens hac virtute, tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore fluitet, nec cohæreat ſibi: multa repetat, multa tranſeat, velut nocte in ignotis locis errans: nec initio, nec fine propoſito, caſum potius, quàm conſiliũ ſequatur. Quapropter hic* De inuẽ. *liber diſpoſitioni ſeruiat. Eſt autem diſpoſitio rerum*

In propoſito qui ordo diſpoſitiõis ſit ſeruandus. *inuẽtarum in ordinẽ diſtributio. Cuius in infinita quæſtione ordo eſt ferè idem, qui expoſitus eſt locorum. In definita autem adhibenda ſunt illa etiam, quæ ad motus animorum pertinent. Atque eò fit, vt vtamur Exordio, Narratione, Confirmatione, Peroratione. Hæ ſunt enim quatuor orationis partes, per quas inuenta diſtribuimus. Quarum duæ valent ad rem docendam, narratio & confirmatio: ad impellendos animos duæ, principium & peroratio, de quibus ſigillatim dicendum eſt.*

*In part.* Cur in cauſa oratiõis partibus vtamur.

*In part.* Duæ partes orationis valent ad rẽ docẽdã, ad ĩpellẽdos animos duæ.

## De Exordio. Cap. II.

Quid ſit exordium. *De inuẽt.* *Quint. li. 5 cap. 1.* Auditor in exordio bẽneuol⁹, docilis & attentus fieri debet. *EXordium eſt oratio animum auditoris idonè cõparans ad reliquam dictionem. Id fieri tribus maximè rebus inter autores plurimos conſtat: ſi beneuolum, attentum, docilem auditorem fecerimus: quorum primus locus, id eſt, vt amicè audiamur, eſt in perſonis noſtris, auditorum, aduerſariorum, è quibus initia beneuolẽtiæ conciliandæ comparantur, aut meritis noſtris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & maximè liberalitatis, officij, iuſtitiæ, fidei, contrarijsq́ rebus in aduerſarios cõferendis, & cum auditoribus aliqua coniunctionis, aut cauſa, aut ſpe ſignificanda. Cicero pro C. Rabirio per duellionis reo, Me cùm amicitiæ vetuſtas, tũ dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua conſuetudo, ad C. Rabirium defendendum eſt adhortata: tum verò vt id ſtudioſiſſimè facerem, ſalus Reip. Cõſulare officiũ, Conſulatus deniq́ ipſe mihi vna*

*In part.* Quomodo cõcilietur auditoris beneuolentia.

*Pro C. Rabirio.*

*vobiſcum cum ſalute Reip. cōmendatus coegit: hæc autē accuratè in eo exordio, & ornatè explicat. In oratiōe verò pro P. Sylla ſic ait: Quanquā ex huius incōmodis magnā animo moleſtiam capio, tamen in cæteris malis facilè patior oblatū mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meā, miſericordiamq; notā omnibus quondā, nunc quaſi intermiſſā agnoſcerēt, improbi ac perditi ciues edomiti, atq; victi præcipitātē Rep. vehementē me fuiſſe atque fortē, conſeruata mitē ac miſericordē faterentur. Et pro Cn. Plancio ſuā cum iudicibus cōiunctionē ſignificat his verbis, Nūc autē veſter Iudices cōſpectus, & conſeſſus iſte reficit, & recreat mentē meā, cum intueor, & contēplor vnū quenq; veſtrū: video enim hoc in numero neminē, cui mea ſalus chara non fuerit, cuius nō extet in me ſuū meritū, cui non ſim obſtrictus memoria beneficij ſempiterna. Itaq; non extimeſco, ne Cn. Plancio cuſtodia meæ ſalutis apud eos obſit, qui me ipſum maximè ſaluū videre voluerūt. At in oratione pro P. Quintio vim aduerſariorū, & gratiam in inuidiā vocat, & C. Aquiliū, eoſq; qui in cōſilio adſunt, orat, atq; obſecrat, vt multis iniurijs iactatā, atq; agitatā æquitatē in eo tandē loco cōſiſtere, atq; confirmari patiātur. Intelligenter autē vt audiamur, & attentè à rebus ipſis ordiendum eſt: ſed facillimè auditor diſcit, &, quid agatur, intelligit, ſi complectàre ab initio genus, naturamq; cauſæ, ſi definias, ſi diuidas, ſi neq; prudentiam eius impedias confuſione partiū,*

Pro P. Sylla.

Pro Cn. Plancio.

Pro P. Quint.

In part.

Quomodo fiat auditor docilis.

nec

nec memoriam multitudine. Sic exorditur Cicero pro
Pro A. Cluen. A. Cluentio: Animaduerti Iudices, omnẽ accuſatoris
orationẽ, in duas diuiſam eſſe partes: Quam distributio
nem ait certũ ſibi eſſe in defenſione ſeruare, vt omnes in
telligant nihil eum nec ſubterfugere voluiſſe reticendo,
Qua ratione reddatur auditor attẽtus. nec obſcurare dicendo. Vt attentè autem audiamur, triũ
rerum aliqua cõſequemur. Nam aut magna quædam
proponemus, aut neceſſaria, aut coniuncta cum ipſis,
In part. Pro domo ſua. apud quos res agetur. Luculenter hunc locum Cicero tra-
ctauit in exordio nobiliſsimæ orationis pro Domo ſua:
Quòd ſi vllo tempore magna cauſa in ſacerdotum pop.
Ro. iudicio, ac poteſtate verſata eſt, hæc profectò tanta
eſt, vt omnis Reip. dignitas, omnium ciuium ſalus, vi-
ta, libertas, aræ, foci, dij penates, bona fortunæ, domici-
lia, veſtræ ſapientiæ, fidei, poteſtatiq; commiſſa, creditaq;
Quin. li. 4 cap. 1. eſſe videantur. Verũ ex his, quæ propoſita ſunt, aliud
atque aliud pro varietate cauſarum deſiderari palã eſt.

## De generibus cauſarum. Cap. III.

Quinque cauſarum ſũt genera. Quin. li. 4 cap. 1. Cic. li. 1. de inuent. Genus admirabile.

GEnera porrò cauſarũ, plurimi quinq; fecerunt; ho-
neſtum, humile, dubium vel anceps, admirabile,
obſcurũ. Sunt quibus rectè videatur adijci turpe, quod
alij humili, alij admirabili ſubijciunt. Admirabile au-
tem vocant, quod eſt præter opinionem hominũ conſti-
tutum. In ancipiti maximè beneuolũ iudicem, in obſcuro
docilẽ, in humili attentũ parare debemus: nam honeſtũ
quidẽ ad conciliationẽ ſatis per ſe valet, in admirabili,

*& turpi remedijs opus eſt: & eo quidam exordium in duas diuidunt partes, principium, & inſinuationem, vt ſit in principijs recta beneuolentiæ, & attẽtionis poſtulatio, quæ, quia eſſe in turpi cauſæ genere nõ poßit, inſinuatio ſurrepat animis, maximè vbi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt, vel quia res ſit improba, vel quia hominibus parũ probetur. Et quidẽ quibus aduerſus hæc remedijs ſit medendũ, conſiliũ ex cauſis ſumetur. Illud in vniuerſum præceptum ſit, vt ab ijs quæ lædũt, ad ea, quæ proſunt, refugiamus. Si cauſa laborabim⁹, perſona ſubueniet, ſi perſona, cauſa. His etiam de cauſis inſinuatione vtendũ eſt, ſi aduerſarij oratio auditorum animos occupauerit, vel ſi dicendũ apud fatigatos eſt: quorum alterũ promittendo noſtras probationes, & aduerſas eludendo vitabimus: alterum & ſpe breuitatis, & ijs, quibus attentum fieri auditorem docuimus. Vrbanitas etiam opportuna reficit animos, & vndecunq; petita auditoris voluptas leuat tædium.*

ad Her. lib.1. Cic. de inuent. li.1.

Inſinuatio quando ſit neceſſaria. *Quin.* li.4 c.1. ad her. lib.1. Cice. de inuent. lib.1.

Vrbanitas opportuna reficit animos.

## Cuiuſmodi exordia eſſe debeant. Cap. IIII.

*EXordia ſemper cũ accurata, & acuta, & inſtructa ſententijs, apta verbis, tum cauſarum propria eſſe debent. Prima eſt enim quaſi cognitio, & cõmẽdatio oratoris in exordio, quæ continuò eum, qui audit, permulcere, atq; allicere debet. Maxima autem copia exordiorũ ad auditorem, aut alliciendum, aut incitandũ ex his*

Exordia debent eſſe apta verbis, & inſtructa ſẽtentiis. *Ariſt.* li.3. *Rhe.* cap.1 *De orat.* 2. *Quint.* li.4 cap.1.

In exordio leniter eſt alliciẽdus, aut incitãd⁹ auditor.

*locis trahitur, qui ad motus animorum conſiciendos inerunt in cauſa: quos tamen totos in exordio explicari non oportebit, ſed tantum impelli primò auditorem leniter, vt iam inclinato, reliqua incumbat oratio.*

## De vitijs exordij. Cap. V.

Septem exordij ſunt vitia.
*De inuēt. lib. 1.*
*ad He. li. 1*
*Quin. li. 4 cap 1.*
Exordium vulgare.
Cōmune.
Commutabile.
Longum.
Separatū.
Tranſlatū
Cōtra præcepta.

*HÆc autem ſunt vitia certiſsima exordiorum, quæ ſummopere vitare oportebit: vulgare, commune, commutabile, longum, ſeparatum, tranſlatū, contra præcepta. Vulgare eſt, quod in plures cauſas poteſt accommodari, vt conuenire videatur. Commune eſt, quod nihilominus in hanc, quàm in contrariā partē cauſæ poteſt cōuenire. Cōmutabile eſt, quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatū ex contraria parte dici. Longū eſt, quod pluribus verbis, aut ſententijs vltrà, quàm ſatis eſt, producitur. Oportet enim vt ædibus, ac tēplis veſtibula, & aditus, ſic cauſis proportione rerū principia præponere. Separatū eſt, quod nō ex ipſa cauſa ductū eſt, nec ſicut aliquod mēbrum annexum orationi. Tranſlatū eſt, quod aliud conficit, quàm cauſæ genus poſtulat, vt ſi quis docilē faciat auditorē, cum beneuolentiam cauſa deſideret: aut ſi principio vtatur, cum inſinuationē res poſtulet. Contra præcepta eſt, quod nihil eorum efficit, quorū cauſa præcepta de exordijs tradūtur: hoc eſt, quod eū, qui audit, nec beneuolum, nec attentum, nec docilem reddit, aut, quo profectò nihil peius eſt, vt contra ſit, facit.*

De

## De exordio quædam in genere iudiciali. Caput. VI.

*Dictum eſt de exordio in commune, reſtat vt breuiter, ſiquid in ſingulis generibus in exordiendo proprium eſt, adijciamus. Et vt à iudicijs incipiamus, veteres oratores diligenter id curabant, vt in genere iudiciali ex ipſis viſceribus cauſæ ſumerent exordia: iudicẽ conciliabant non tãtum laudando eum, ſed laudem eius ad vtilitatem cauſæ ſuæ coniungentes, allegando pro honeſtis dignitatem illi ſuam, pro humilibus iuſtitiam, pro infelicibus miſericordiam, pro læſis ſeueritatẽ, & ſimiliter cætera: metum nonnunquam amouebant, vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeij contra ſe diſpoſita putarẽt laborauit: nonnunquam adhibebant, vt idem in Verrem facit. Dabant etiam operam ne oſtentarent in principijs curam. Non ſemper autem exordio vtebãtur, ſed in honeſtis, in paruis etiam atque frequentibus cauſis ab ipſa re omiſſo exordio incipiebant.*

*Ariſt.li.3. Rhe.ca.14 De orat.2 Quin.li 4 cap.1.*

Ex cauſæ viſceribus exordia in genere iudiciali ſũt ſumenda.

*De orat.2.*

Laus Iudicum eſt cũ vtilitate cauſæ iungenda.

Non ſẽper exordio vtẽdũ in iudicio.

*Ariſ.Rhe. li.3.cap.14 Quint.li.4 cap.1. Cicer.de Orat.2.*

## De exordio in exornatione, & deliberatione. Cap. VII.

*Præterea, quæ de exordio dicta in genus demonſtratiuum facile transferri poßunt, illud eſt notandũ, exordia in eo eße maximè libera, vt Ariſtoteles exiſtimat. Nam & longè à materia duci, & ex aliqua rei vicinia poßunt. In deliberatione verò ſæpe nulla, vel*

In exornatione principia ſunt maximè libera.

*Rhe.ad Alex.c.31. et Quin.li.3. cap. 10.*

In delibera

*breuia*

tione principia vel nulla ſunt, vel breuia
In part.
Quin. li. 3 cap. 10.

*breuia eſſe debent. Non enim ſupplex vt ad iudicem venit orator, ſed hortator, atq; autor. Quare cum principio vtetur, proponere, qua mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus ſit, debet, hortariq; ad ſe breuiter dicentem audiendum.*

## De narratione. Cap. VIII.

Narratio debet eſſe breuis, aperta & probabilis.
Ariſt. li. 3. Rhe. ca. 16
In par. de Inuẽ. lib. 1. ad Her. li. 1.
Quin. li. 4 cap. 2.
In part. Quint. li. 3 cap. 1.
Breuitas narratiõis non ſit inornata.
In part.

*NArratio eſt rerum explicatio, & quædam quaſi ſedes, ac fundamentum conſtituendæ fidei. Oportebit autem eam tres habere res, vt breuis, vt aperta, vt probabilis ſit: per quas efficitur, vt auditor intelligat, meminerit, credat. Erit autẽ breuis narratio, ſi conſtet ſimplicibus verbis, & ſemel vnaquæq; res dicatur. Tum etiam ſi reſciderimus omnia, quibus ſublatis neq; cognitioni quicquam, neq; vtilitati detrahatur. Non tamen inornata debet eſſe breuitas, alioqui ſit indocta. Erit autẽ perſpicua, ſi verbis vſitatis, ſi ordine temporum conſeruato, ſi non interrupto narrabitur. Probabilis autem erit, ſi perſonis, ſi temporibus, ſi locis ea, quæ narrabuntur, conſentiẽt: ſi cuiuſque facti, & euenti cauſa ponetur: ſi teſtata dici videbuntur: ſi cum hominum opinione, autoritate, ſi cum lege, cum more, cũ religione cõiuncta: ſi probitas narrantis ſignificabitur: ſi antiquitas, ſi orationis veritas, & vitæ fides. Ciceroni vehemẽter placet vt iucũda, & ſuauis ſit narratio, eãq; ſuauem eſſe narrationẽ ait, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, quæ interpoſitos motus animorum,*

Narratio iucũda ſit & ſuauis.
In par. et 2. deor. & Quin. li. 4 cap. 2.

*morum, colloquia perſonarum, dolores, iracundias, metus, lætitias, cupiditates.*

## Quando narratione vtendum ſit. Caput. IX.

*IN iudicijs quando vtendum eſſet, aut non eſſet narratione, id erat conſilij. Nec enim ſi nota res eſſet, nec dubium erat, quid geſtum eſſet, narratio adhibebatur; nec ſi aduerſarius narrauerat, niſi ſi refellebatur. In exornatione verò narratio non erit vlla, quæ neceſſariò conſequatur exordium, ſed ſi qua inciderit, cum aliquid eius, de quo loquemur, nobis narrandum ſit, cum laude, aut vituperatione, præceptio narrandi de hoc loco petitur. Nec multũ ſanè ſæpe in deliberatione narrandũ eſt: eſt enim narratio præteritarũ rerum, aut præſentium: ſuaſio autem futurarum. Priuata certè deliberatio narrationẽ nunquã exiget eius duntaxat rei, de que dicẽda ſentẽtia eſt, quia nemo ignorat id, de quo conſulit: extrinſecus poſſunt pertinẽtia ad deliberationẽ multa narrari. In concionibus ſæpe eſt etiam illa, quæ ordinem rei docet, neceßaria. Nunc ad cõfirmationem tranſeamus.*

De orat. 2. Ariſt. rhe. to. 3. ca. 16. Ci. in parti. quin. li. 3. cap. 8.

## De confirmatione. Cap. X.

*SEquitur confirmatio, in qua ſuggerenda ſunt firmamenta cauſæ coniunctè, & infirmandis contrarijs, & noſtris confirmandis; nãq; vna in cauſis ratio quædã eſt eius orationis, quæ ad probandam argumentationem valet: ea autem & confirmationem & reprehenſionẽ quærit.*

Ariſ. 3. rhe. cap. 17. De orat. 2. De inuẽ. 1. ad Her. lib. 1.

quærit. Sed quia nec reprehendi, quæ contradicuntur, poſſunt, niſi tua confirmes: neque hæc cōfirmari, niſi illa reprehendas: idcirco hæc, & natura, & tractatione, & vtilitate coniuncta ſunt. Tota autem ſpes vincēdi, ratioq́; perſuadendi in hac parte poſita eſt. Nam cum argumenta noſtra expoſuerimus, cōtrariaq́; diſſoluerimus, abſolutè nimirum erit à nobis oratoris muneri ſatisfactum. Vtrumq́; igitur poterimus commodè facere, ſi conſtitutionem cauſæ cognouerimus.

Tota ſpes vincēdi eſt in cōfirmatione. *Ad Heren. li.* Status naſcitur ex prima cauſarum cōflictione.

## Quid ſit ſtatus. Cap. XI.

*Quin. li. 3. cap. 6.* Status orationis pro Sylla. Vnde dictus ſit ſtatus. Status ſūt tres. *Cic. in To. & in par. Quint. li. 3 cap. 8.*

STatus eſt quæſtio, quæ ex prima cauſarū conflictione naſcitur, vt ſit intentio accuſatoris: Sylla coniuraſti cum Catilina: depulſio verò defenſoris: non coniuraui: Ex hac prima conflictione naſcitur illa quæſtio, coniurauerit ne Sylla cum Catilina? quam quæſtionem vel ſtatum, vel conſtitutionem oratores appellant. Status autē appellatio dicitur ducta vel ex eo, quòd ibi ſit primus cauſæ congreſſus, vel quòd in eo cauſa conſiſtat.

## Quot ſint ſtatus. Cap. XII.

Coiecturalis ſtat9 q̃d ſit. Finitionis ſtat9 quid ſit. Stat9 qualitatis quid ſit. Stat9 qualitatis habet partes duas.

CVm tria ſint, quæ in omni diſputatione quærantur, ſit, nec ne, quid ſit, quale ſit: fit vt conſtitutiones quoque tres ſint. Prima coniecturalis, in qua, ſit, nec ne, quærimus, vt, ſit nec ne inſidiatus Miloni Clodius? ſecunda autem nominis vel finitionis, cum quid ſit aliquid, & quo nomine afficiendū, inueſtigamus, vt, Fuerit ne Iulius Cæſar rex, an tyrannus, an dictator? tertia

*in qua de utilitate, honeſtate, æquitate diſſeritur, deq; his rebus, quæ his ſunt contrariæ, ut, Recte ne fecerit Romulus cum fratrẽ interfecit? Eius cõſtitutionis partes ſunt duæ, quarum una abſoluta, altera aſſumptiua nominatur. Abſoluta eſt, cum id ipſum quod factũ eſt, ut aliud nihil foris aſſumatur, rectè factum eſſe dicemus. Ea eſt eiuſmodi: Pater filium uerberauit, is iniuriarum cum patre agit, pater nihil aliud defendit, niſi licere filium à patre uerberari. Aſſumptiua eſt, cum aliqued neceſſariò foris aſſumitur, ut rectè factum eſſe aliquid confirmemus: ut, Milo damnetur, niſi foris aßumat, à Clodio ſibi eſſe factas inſidias. Hæ tres conſtitutiones & in exornatione, & in deliberatione, & in iudicio reperiuntur.*

ad Her. lib. 1. Cic. de inuent. li. 1. & Quint. li. 7. cap. 5.

Abſoluta cõſtitutio quid ſit.

Aſſumptiua cõſtitutio quid ſit

In quouis genere cauſarũ reperiũtur tres ſtatus.

## De ratione, firmamento, & iudicatione. Cap. XIII.

*Rationem appellant oratores eam, quæ affertur à reo depellendi criminis cauſa, quæ niſi eßet, quod defenderet, non haberet: firmamentum autem quod contra ad labefactandam rationem refertur, ſine quo accuſatio ſtare non poteſt. Ex rationis autem, & firmamenti cõflictione, & quaſi cõcurſu, quæſtio exoritur quædã, quam iudicationem appellant, in qua, quid deueniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet, hoc modo: Oreſtes cum confiteatur ſe interfeciſſe matrem, niſi attulerit rationẽ, peruertit defenſionẽ: ergo affert eam: Illa enim,*

Ratio affertur à reo.

Ci. in par. ad Her. lib. 1. de Inu. li. 1. et Quint. li. 3 caput. 13.

Firmamẽtũ eſt quo ratio rei labefactatur

Ex ratiõis & firmamẽti cõflictione naſcitur iudicatio.

*inquit, patrem meum occiderat. Tum contra rationem defenſoris firmamentũ ab accuſatore ſubijcitur, hoc modo: Sed non abs te occidi tamen, neq; indemnatam pœnas pendere oportuit. Ex coniũctione rationis & firmamẽti iudicatio cõſtituitur, hoc modo: Cum dicat Oreſtes ſe patris vlciſcendi cauſa matrẽ occidiſſe, rectum ne fuerit à filio ſine iudicio Clytemneſtram occidi? Ergo hac ratione iudicationem reperire conuenit, ad quam omnẽ rationẽ totius orationis conferri oportebit. Nam prim⁹ ſtatus diffuſam habet quæſtionem, rationũ verò, & firmamentorum cõtentio adducit in anguſtũ diſceptatiónem. Ea in cõiecturanulla eſt; nemo enim eius, quod negat factum, rationem aut poteſt, aut debet, aut ſolet reddere. Itaque in his cauſis eadem & prima quæſtio, & diſceptatio eſt extrema.*

Ratio totius orationis ad iudicationẽ cõferẽda eſt. Ci.in par. In cõiectura eadẽ & prima cõſtitutio, & iudicatio eſt extrema.

## Quo ſtatu quæſtio, quæ in ſcripto exiſtit, contineatur. Cap. XIIII.

Quatuor modis in ſcripto exiſtit controuerſia. Cic.in To. Quin.li.6. cap.6. De inuẽt. lib.1.

*SÆpe ex ſcripti etiam interpretatione exiſtit contẽtio; quod quatuor modis poteſt cõtingere. Aut enim defenditur non id ſcriptũ dicere, quod aduerſarius velit, ſed aliud: id autem contingit cum ſcriptum ambiguũ eſt, vt duæ differẽtes ſententiæ accipi poßint. Tum opponitur ſcripto voluntas ſcriptoris. Tum ſcripto ſcriptum contrarium affertur: aut ex eo quod ſcriptum eſt, aliud quoq; quod ſcriptũ non eſt, ducimus. Ita ſunt quatuor genera, quæ controuerſiam in omni ſcripto facere poßunt,*

*ambi-*

ambiguū, diſcrepantia ſcripti & voluntatis, ſcriptura contraria, ratiocinatio. Ambiguum hoc modo. Teſtamento quidam iuſsit poni ſtatuam auream haſtam tenentem: quæritur, Statua haſtam tenens aurea eſſe debeat, an haſta aurea in alterius ſtatua materiæ? Ex diſcrepantia verò ſcripti & voluntatis eiuſmodi oritur controuerſia. Lex eſt, Peregrinus ſi murum aſcenderit, capite puniatur: cum hoſtes murum aſcendiſſent, peregrinus eos depulit, petitur ad ſupplicium, ille voluntatē allegat ſcriptoris. Ex cōtrarijs ſcripturis hoc modo exiſtit contentio: lex eſt, Vir fortis optato præmium, quod volet: & altera lex eſt, Magiſtratus ab arce ne diſcedito: Magiſtratus qui fortiter egit, optat hoc præmiū, vt ab arce liceat diſcedre: lex illi poſterior opponitur, ipſe verò priore ſe tuetur. In ratiocinatione verò quæritur, an vbi propria lex non eſt, ſimili ſit vtēdum? vt Lex eſt, lanas Tarento vehere non liceat: quidā oues vexit, & ſi nulla lex certa eſt, quæ factum eius nominatim prohibeat, tamen illa, quæ ſimilis eſt, accuſatur. Itaq; ex eo, quod certū eſt, id, quod incertū eſt, ducit hæc cōtrouerſia: quod quoniam ratiocinādo fit, nomen etiam ratiocinationis accepit. Hæc quatuor cōtrouerſiarum genera, quæ in ſcripto naſcuntur, ſemper in qualitatis ſtatum cadere cum Cic. debemus exiſtimare; vt in primo genere ſtatus ſit, Vtrā æquum ſit ex differentibus ſententijs accipi? in ſecundo verò, Verba ne plus, an ſentētia valere debeāt? in tertio

Ambigui contorouerſia.

Quin. li. 7. cap. 10.

Diſcrepatio ſcripti & volūtatis.

Idem li. 9. cap. 7.

Contrariæ leges.

Idem lib. 7 cap. 8.

Idem lib. 7 cap. 9.

Scripti cōtrouerſiæ ſemper in qualitatis ſtatu verſantur.

*Vtram legem ſequi, ſit iuſtius? in quarto, Oporteat ne legem ſimilem ad factum, quod venit ſine lege in iudicium, accommodare?*

## Quomodo ſtatus tractetur. Caput. XV.

*De inu. li. 1, Quin. li. 3 cap. 13.*

*IVdicatio, cum eſt constituta, propoſita eſſe debet oratori, quo omnes argumentationes repertæ ex inueniendi locis conijciantur, quod ſatis eſt ei, qui videt, quid in quoque loco lateat, quiq́ illos locos tanquam theſauros aliquos argumentorum notatos habet. Quibus in mente, et cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum poſita excitatis, nihil erit, quod in vllo dicendi genere oratorem poßit effugere. Diligenter tamen ordinẽ, collocationemq́ argumentorum attendet, & curabit, vt firmißimum quodq́ ſit primum, dum ea, quæ excellant, ſeruentur ad extremum, ſi quæ erunt mediocria (nam vitioſis nuſquam eße oportet locum) in mediam turbam conijciantur. Reliquum nunc eſt, quãdo de argumentorum locis, & cauſarum conſtitutionibus dictum eſt, vt rationem, qua expoliuntur ab oratore argumenta, quorum propria ſedes eſt in confirmatione, accuratè doceamus.*

Vtiliſsimũ eſt locos in mẽte & cogitatione defigere.

*De orat. 2*

Quomodo argumenta debeãt collocari.

Vitioſis argumentis nuſquã locus eſſe debet.

## De argumentatione. Cap. XVI.

Quid argumẽtatio ſit

*Ariſt. li. 1. rhet. ca. 6. Ci. in par. Cicer. li. 1. De inuẽt. Quint. li. 5 cap. 12.*

*ARgumentatio eſt argumenti vel explicatio, vel artificioſa expolitio. Sed ea conficitur, cum ex locis de quibus ſuperiori libro dictum eſt, aut certa, aut probabilia ſumpſeris, ex quibus id efficias, quod aut dubiũ, aut minus probabile per ſe videtur: dubijs enim probari*

dubia

*dubia quomodo poſſunt? Pro certis autē habemus primū, quæ ſenſibus percipiuntur, vt quæ videmus, audimus: deinde ea, quæ communi hominum opinione, atque ſententia ſunt comprobata: vt afficiendos eſſe honore parentes. Præterea, quæ legibus cauta ſunt, quæ perſuaſione, ſi non omnium hominum, eius certe ciuitatis, aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta ſunt. Si quid inter vtramq; partem conuenit: ſi quid probatum eſt; denique cuicunq; aduerſarius non contradicit. Probabilium autem genera ſunt tria, vnum firmiſſimum, quod ferè accidit, vt, liberos à parentibus amari: alterum velut propenſius, eum qui rectè valeat, in craſtinum peruenturum: Tertium tantum non repugnans, in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. Ad probandum verò id, quod eſt dubiū, hoc modo id, quod probabile eſt, poteſt adhiberi: ſit dubium, an Catilina coniurarit? ſumatur illud, quod credibele eſt: Homines æris alieni magnitudine oppreſſos, eos denique egentes, & ſumptuoſos, facilè adduci, vt cōiurent: Iā id quod dubiū erat, efficitur probabile: Catilinam coniuraſſe. Sed hæc oratores non tenuiter more dialecticorum, ſed copioſiſſimè expoliunt. Dicitur autem illa argumenti expolitio, argumentatio; de cuius quatuor partibus, ratiocinatione, inductione, enthymemate, & exemplo breuiter, & enucleatè diſſeremus.*

Quę habeatur pro certis.

*Idem li. 5. cap. 10.*

Probabiliū genera ſūt tria.

## De ratiocinatione. Cap. XVII.

συλλογισμὸς vel ἐπιχείρημα Græcis appellatur. Cic. de inuent. li. 1. Qin. li. 5. cap. 14. ad Her. lib 2.

*RAtiocinatio, quam & ſyllogiſmū, & epicherema Græci vocant, cōſtat propoſitione, cum qua eius ratio iungitur; deinde aſſumptione & eius probatione; poſtremò complexione.* Propoſitio quid ſit. *Propoſitio eſt, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis.* Propoſitionis approbatio. *Propoſitionis verò approbatio eſt, per quā breuiter id, quod expoſitum eſt, rationibus firmatū probabilius, & apertius fit.* Aſumptio. *Aſſumptio, per quam id, quod ex propoſitione ad oſtendendū pertinet, aſſumitur.* Aſſumptionis approbatio. *Aſſumptionis approbatio, per quam id, quod breuiter ſumptum eſt rationibus firmatur.* Cōplexio, *Complexio, per quam id, quod conficitur ex omnia argumentatione breuiter exponitur, hoc modo, ſit propoſitio: Melius gubernantur ea, quæ cōſilio geruntur, quàm quæ ſine cōſilio adminiſtrantur: deinde ſubijciatur ratio, Exercitus enim is, cui præpoſitus eſt ſapiens imperator, omnibus partibus cōmodius regitur, quàm is, qui ſtultitia, & temeritate alicuius adminiſtratur. Aſſumptio deinde ponitur. Nihil autem omnium rerum melius quàm omnis mūdus adminiſtratur. Aſſumptioni probatio adiungitur: Nam & ſignorum obitus, & ortus difinitum quendam ordinem ſeruant, & annuæ comutationes non modò ſemper eodem modo fiunt, verum ad vtilitates quoq; rerū omnium ſunt accomodatæ. Tertio loco inducenda eſt cōplexio, quæ id infert, quod ex ſuperioribus cogitur, hoc modo: Conſilio igitur mūdus adminiſtratur. Hæc vberius*

*& doctius dicũtur in oratione, ſed præcipiendi ratio hãc ſimplicem, & apertam breuitatem requirit.*

Nihil referre ſiue tripartitam ſiue quinq; partitã ratiocinationẽ eſſe putemus.

## Quot ſint partes ratiocinationis. Caput. XVIII.

EX *ſupradictis manifeſtum eſt, nihil referre ſiue tripartitam, ſiue quinq; partitam putes eſſe hanc argumentationem. Commodior tamẽ illa partitio videtur eſſe, quæ in tres partes diſtributa eſt quod fit, ſi propoſitionem, & eius rationem vnam partem exiſtimemus: alteram verò aſſumptionem, & eius exornationem: at ſi ſepares propoſitionem à ratione, & aſſumptionem ab exornatione, in quinq; partes diſtributa erit. Cum propoſitio ex ſe intelligitur, ſine ratione aſſumẽda eſt. Aſſũptio etiam cum perſpicua eſt, nullius approbationis indiget. Quòd ſi & propoſitio, & aſſumptio perſpicuæ ſint, vtraque aprobatione præterita ratiocinationem conficiemus hoc modo: Summopere virtus expetẽda eſt: At prudentiam eſſe virtutem in confeſſo eſt: Summopere igitur prudentia expetenda eſt. Vitare autem ſimilitudinem, quæ ſatietatis eſt mater, poterimus non ſemper à propoſitione ordientes, ſed interdum à complexione, ab aſſumptione nonnunquam.*

*Cic. li. 1. de inuent. Quin. li. 5. capu. 14.*

Rectiùs exiſtimatur ratiocinatio eſſe tripartita, quam quinq; partita.

*Cice. de inuen. li. 1.*

Similitudo quæ ſatietatis mater eſt, in argumẽtationib⁹ vitetur.

*Ci. in par. & li. 1. de inuent.*

## De Enthymemate. Cap. XIX.

ENthymema *eſt imperfectus ſyllogiſmus, vel, vt alij definiũt, ſyllogiſmi pars. Ratiocinatio enĩ tripartita eſt, ex tribus igitur eius partib⁹ ſi vna præterea*

Enthymema eſt ſyllogiſmi pars, vel ſyllogiſmus imperfectus.

 *tur* *Ariſ. lib. 1.*

Quin.li.5. ca. 10. & 14. tur, bipartita ſit argumētatio, quæ eſt enthymema, vt, Omnes artes ſunt expetēdæ, igitur expetenda eſt eloquentia. Intelligitur enim aſſumptio. Propoſitione verò prætermiſſa ſit enthymema, hoc modo: Eloquentia eſt ars: igitur eſt expetenda. Optimū autem videtur enthymema, quod ſit ex pugnantibus, quod etiā ſolū enthymema quidam vocant, non quòd non omnis argumētatio bipartita proprio nomine enthymema dicatur, ſed vt Homerus propter excellentiam cōmune poëtarum nomē effecit apud Græcos ſuum: ſic cùm omnis argumentatio bipartita enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex cōtrarijs conficiatur, acutiſſima, ſola propriè nomē commune poſſidet. Eius generis eſt illud Cic. Eius igitur mortis ſedetis vltores, cuius vitā ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis? Et illud Micipſæ ad Iugurtham apud Salluſtium. Quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris? Enthymemate ſæpius vtuntur oratores, quàm ratiocinatione, quod mouit Ariſtotelem, vt enthymema ſyllogiſmum oratorium eſſe diceret. Enthymema Quintilianus cōmentum, aut commētationem interpretatur, quo nomine cum poſſint omnes animi cogitationes ſignificari, argumentatio bipartita ſignatur. Alij propterea credunt bipartitam argumentationē enthymema appellatam, quòd in animo maneat condita illa pars, quæ ſilētio eſt præterita.

Optimum eſt enthymema ex pugnātib9.

Quin.li.5. cap.14. Cic. in Topicis.

Homerus propter excellentiam commūne poetarū nomen fecit ſuum.

Pro Mil. In Iugur.

Enthymema cur oratoris ſyllogiſmus dicatur.

Lib.1.Rhe. c.1.& li.1. poſt.c.10. Li.5.ca.10.

Vnde dictū ſit enthymema. ἐν θυμῷ.

## De inductione. Caput. XX.

Indu-

INductio eſt oratio, quæ rebus non dubijs captat aſſenſionem auditorum, quibus aſſenſionibus facit, vt illis dubia quædam res propter ſimilitudinem earum rerum quibus aſſenſerint, probetur: vel, Inductio eſt argumẽtatio, quæ ex pluribus collationibus peruenit, quò vult, hoc modo: Quod pomũ generoſißimum? puto quod optimum: & equus? qui velocißimus: & plura in eundem modum. Deinde: cuius rei gratia illa propoſita ſunt: Ita hominum, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maximè excellet, erit peneroſißimus. Hoc genere argumentationis plurimũ Sacrates vſus eſt, propterea quòd nihil afferre ad perſuadendum volebat, ſed ex eo, quod ſibi ille dederat, qui cũ diſputabat, aliquid conficere malebat: quod ille ex eo, quod iam conceßiſſet, neceſſariò approbare debebat. Sed in oratione perpetua dißimile eſt. Et enim ſibi ipſi reſpondet orator. Poëtæ vehementer inductione delectantur: Virgilius inducit Æneám à Sybilla petentem, vt iter doceat ad patrem oratione fictis illa quidẽ fabulis plena, ſed qua nihil eſſe poßit vel blandius, vel magis artificioſum: in qua hæc eſt inductio.

Quid Inductio. Cicer. li. 1. De inuẽt. Breuior inductionis definitio. In Topic. Quint. li. 5 cap. 21.

In inductione Socrates plurimũ vſus eſt. Ariſt. li. 13. Meta. c. 4. Cicer. de inuent. 1.

Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus,
Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditque viam toties. Quid Thesea? magnum
Quid memorẽ Alciden? & mi genus ab Ioue ſummo.

Lib. 6. Ænei.

Sed maximè omnium eam frequentauit Ouidius, apud

quem

quem & multa & præclara ſunt exempla: nos vno erimus contenti. Probat ille ad conſolandam uxorē hac inductione, aſperas res, & triſtes ſegetem, ac materiam eſſe gloriæ,

Triſt. li. 4. ele. 3.

*Materiamq; tuis triſtem virtutibus imple,*
*Ardua per præceps gloria vadit iter.*
*Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?*
*Publica virtutis per mala facta via eſt.*
*Ars tua Tephyi iacet, ſi non ſit in æquore fluctus:*
*Si valeant homines, ars tua Phæbe iacet.*
*Quæ latet, inq; bonis ceſſat non cognita rebus,*
*Apparet virtus, arguiturq; malis.*

Que ſint in hoc genere cauẽda.

*Hoc in genere duo ſunt diligenter cauenda: primùm, vt illud, quod inducemus pro ſimilitudine, eiuſmodi ſit, vt ſit neceſſe cōcedi. Deinde vt illud, cuius confirmandi cauſa fiet inductio, ſimile ijs rebus ſit quas res quaſi non dubias antè induxerimus.*

## De Exemplo. Caput. XXI.

Exēplū eſt inductio iperfecta. Ariſt. rhe. .1. ca. 2. & li. 2. ca. 20. Quint. li. 5 cap. 11.

*EXemplum eſt inductio imperfecta, vel, quod idē eſt, Inductio Rhetorica. Cicero pro Milone; Negant intueri lucem eſſe fas ei, qui ab ſe hominem eſſe occiſum fateatur: in qua tandem vrbe hoc homines ſtultiſsimi diſputant? nempe in ea, quæ primum iudicium de capite vidit M. Horatij fortiſsimi viri, qui nondum libera ciuitate, tamen Po. Ro. comitijs liberatus eſt, cum ſua manu ſororem eſſe interfectam fateretur. Aliqui Ariſtotelem ſummum in omni ſcientia virum, temerè*

Rectè Ariſ. exēplū argumētationis partem eſſe dixit.

*merè auſi ſunt reprehendere, quòd exemplum genus argu mentationis fecerit: ſed magnus ille vir, & acuta mēte præditus, maius quiddam perſpexit: nimirum, xemplū eſſe argumentum quidem à ſimilitudine, ſed in argumen tatione poſitū efficere nouū argumentationis genus, quod à ratiocinatione, & inductione ſine cōtrouerſia differt. Enthymema autem eſſe non poteſt, cum in enthymemate ſemper generale aliquid vel ponatur, vel intelligatur: in exemplo verò ex vna re ſingulari alia indu catur. Vnde fit vt ſit quartum argumētationis genus, quod ea ratione ab inductione ſeparatur, qua ēthyme ma à ſyllogiſmo diſiungitur.*

Locis ſupradictis & li.2.pri or. ca.24. & lib .1. poſt. ca .1.

Exemplū ex vna re ſingulari, aliam inducit.

## De Epicheremate. Cap. XXII.

*QVamuis argumentationis partes omnes ſint iam expoſitæ, tamen operæ precium fuerit, quid epicherema, quid Sorites, quid Dilemma ſit, explicare. Nam autores, & quidem grauiſsimi eorum mētionem fecerunt. Ea] vbi explicata fuerint, facilè intelligitur, cur nouæ argumentationis partes non debeant exiſtima ri. Epicherema igitur Græci aliquādo argumētationē vocant, non nunquā eā argumētationis partē, quā Cicero ratiocinationē appellauit, de qua paulò ātèdictū eſt. Aliquādo etiam epicherema vocant breuiter compre hēſam ratiocinationem, cuius omnes partes in vnam cōferūtur, hoc modo: Sine cauſa dominū ſeruus accuſet? Similis enī eſt locus apud Ciceronū ꝑ rege Deiotaro quē ſeruus*

ἐπιχειρημα.

Quin. li.5. cap.14.

Epicherema eſt aliquādo breuiter comprehēſa ratiocinatio.

*Pro rege Deiot.*

ſeruus apud Cæſarem accuſabat: En crimen, en cauſa, cur regẽ fugitius, dominũ ſeruus accuſet. Vbi vehemẽs argumentũ Epicheremate incluſum, & inuolutum eſt. Erit autem abſolut a ratiocinatio, ſi hoc modo euolueris: Sine cauſa non debet dominum ſeruus accuſare: hic me dicus eſt ſeruus Deiotari: non igitur debet ſine cauſa dominum accuſare.

σωρὴ της,

## De Sorite. Caput. XXIII.

SOrites contrà multas argumentationes aceruatim conuoluit, atq; complectitur, unde nomen etiam inuenit. Cicero ſcripſit de eo in libro de diuinatione his verbis: Si neceſſe ſit, in quit, Latino verbo liceat, aceruale m appellare: ſed nihil opus eſt: vt enim iſpa philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic ſorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. Pulchrum in primis eſt eius exemplum apud eundem Cicerorem: Atque ſi etiam hoc natura præſcribit, vt homo homini quicunq; ſit ab eam ipſam cauſam, quòd is homo ſit, conſultum velit: neceſſe eſt ſecundum eadem naturam, omninm vtilitatem eſſe communem. Quod ſi ita eſt, vna continemur omnes, & eadem lege naturæ: idq; ipſum ſi ita eſt, certe violare alterum lege naturæ prohibemur: verum autem primum, verum igitur & extremum. Sed apertiſſimè concludit ſorites ille, qui eſt in quinta Tuſculana; propoſitum enim erat pbare: Quod eſſet honeſtũ, id ſolũ eſſe bonũ, id autẽ ſic pbat. Et enĩ quiquid ſit, quod bonũ ſit, id expetẽdũ quod autẽ

Niſi ſorites eſſet Latino ſermone tritus poſſet aſeruaiis appellari.

Liber 2 3. Officio.

Vulgo appellatur argumẽtatio à primo ad vltimum,

In 5. Tuſc.

expe-

expetendum, id certe approbãdum: quod verò approbãdum, id gratũ, acceptumq́; habendũ: Ergo etiã dignitas ei tribuenda eſt. Bonum igitur omne, laudabile. Ex quo efficitur, vt quod ſit honeſtum, id ſit ſolum bonũ. In quo ſorite cum per ſex quaſi gradus ad complexionem perueniatur, quinq́; ratiocinationes incluſæ ſunt. Sed hoc argumẽtandi genus ſæpe ſolet eſſe fallax, atq; captioſum: dum enim minutatim, & gradatim multa addũtur, periculoſiſsima reſpõdenti tela texitur, retexere igitur oportet, & ſeorſũ ſingula cõſiderare, ſic facilius vniuerſa frãgẽtur. In hoc diſputãdi genere frequẽtes fuerũt Stoici, & Zeno, qui eorũ inuentor, & princeps fuit. Sed maximè omniũ illo delectatꝰ dicitur Chryſippus, vt Socrates inductiõe.

Sorites ſæpe fallax eſt atq; captioſus. Cicer. in Acad. Quomodo ſit ſoriti reſiſtendum. Perſius Saty. 6.

## De Dilemmate. Cap. XXIIII.

Dilẽma eſt, in quo vtrũ conceſseris reprehenditur. Cicero patriã cũ Catilina ſic agentẽ inducit: Quãobrẽ diſcedæ, atq; hũc mihi timorẽ eripe: ſi verus, ne opprimar: ſin falſus, vt tandẽ aliquando timere deſinã. Et in epiſtola ad Quintũ fratrẽ. Si implacabiles ſunt iracũdiæ ſumma eſt acerbitas: ſin autẽ exorabiles, ſũma leuitas. Dictũ eſt autẽ dilẽma, quòd ita vtrinq́; premat, ac vrgeat, vt ex altera parte capiat aduerſariũ: qua de cauſa cornutus etiam ſyllogiſmus vocatur: ſic enim argumentationis cornua in eo diſponuntur, vt qui alterũ effugerit, in alterũ incurrat. Cicero cõplexionẽ appellat. Ea ſi vera eſt, nunquã reprehendetur: ſin falſa, duobus modis dilue-

δὶ λημμα. Quid ſit dilemma. De inuẽt. lib. 1. Orat. 1. Vnde dictũ ſit dilẽma. Dilẽma Ciceroni eſt cõplexio. De inu. lib. 1.

Cóplexio falſa duobus modis diluitur.

In *Acad.*

*diluetur, aut cõuerſione, aut alterius partis infirmatiõe. Cum viderẽ, inquit Varro apud Ciceronẽ, philoſophiã Græcis literis diligentiſsimè explicatã, exiſtimaui, ſi qui de noſtris eius ſtudio tenerentur, ſi eſſent Græcis literis eruditi, Græca potius, quàm noſtra lecturos: ſin à Græcorum artibus & diſciplinis abhorrerẽt, ne hæc quidẽ curaturos, quæ ſine eruditione Græca intelligi non poſsũt: Itaq; ea ſcribere nolui quæ nec indocti intelligere poſsent, nec docti intelligere curarent. Hoc dilẽma deinde Cicero in eum conuertit hoc modo: Imò verò & Latina legẽt, qui Græca non poterũt, & qui Græca poterũt, non cõtẽnent ſua.*

Euathlus cõuertit in præceptorem Protagoram ipſius dilemma.

Gellius. li. 5. cap. 10.

Quomodo ex dilẽmate fiat ratiocinatio perfecta.

*Veterũ ſcriptis celebrata eſt conuerſio ea, qua Euathlus diſcipulus Protagoræ præceptoris dilẽma eluſit. Alterius partis infirmatione reprehẽderetur, ſi diceret Cicero: Et ſi doctis minus eſſet neceſſariũ, tamen indoctis latinè ſcribẽdo conſuli debere. Non eſt autẽ, cur quiſquam exiſtimet complexionem genus eſse argumentationis à quatuor illis, de quibus ſupradixi, diuerſum. Eſt enim ratiocinatio imperfecta, quæ à duabus partibus contrarijs ducitur, cui ſi aſsumptionem ſubiunxeris, efficies ratiocinationem perfectam, hoc modo: Si implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas: ſin autẽ exorabiles, ſumma leuitas: Sed vel implacabiles ſunt iracundiæ, vel exorabiles: igitur in illis ſumma eſt acerbitas, vel ſumma leuitas.*

## De Confutatione, Cap. XXV.

*Expo-*

*EXpoſitis generibus argumentationum, reliquum eſt vt rationem, qua refutandæ ac reprehendendæ illæ ſunt, oſtendamus. Refutatio dupliciter accipi poteſt, Nã & pars defenſoris tota eſt poſita in refutatione: & quæ dicta ſunt ab aduerſario debent vtrinq; diſſolui: & hæc eſt propriè reprehẽſio, quam cũ cõfirmatione, vſu, & natura, & tractatione coniunctã eſſe diximus. Eſt autem reprehenſio, per quam argumẽtando aduerſariorũ confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. Hæc fonte inuẽtionis eodẽ vtetur, quo vtitur cõfirmatio: propterea quòd quibus ex locis aliqua res cõfirmari poteſt, ijſdẽ poteſt ex locis infirmari. Quare inuentionẽ, & argumẽtionum expolitionẽ ſumptam ex illis, quæ antè præcepta ſunt, hanc quoque in partẽ orationis trãſferri oportebit. Sed vt facilius ea, quæ cõtradicentur, diluere, aut infirmare poßimus, obſeruare debemus, aut totum eße negãdum, quod in argumentatione aduerſarius ſumpſerit, ſi ſi perſpicuè falſum erit: vt Pro Cluentio Cicero eum, quẽ dixerat accuſator epoto poculo cõcidiſſe, negat eodẽ die mortuũ: aut redarguẽda eße ea, quæ pro veriſimilibus ſũpta ſunt. Primũ dubia ſumpta eſſe pro certis, deinde etiã in perſpicuè falſis eadẽ poſſe dici. Tũ ex ijs, quæ ſumpſerint non effici, quæ velint. Accedere autem oportet ad ſingula, ſic vniuerſa facilius frangentur.*

Refutatio dupliciter accipi poteſt.
*Quin. li.5. cap.13.*
Quid refutatio ſit.
Cic.li.2. de Orat.
*De inuen. lib.1.*
Eodẽ inuẽtionis fonte vtuntur cõfirmatio & confutatio.
Quæ ſint obſeruãda vt quæ cõtradicũtur diluere aut infirmare poſsimus.
*Quin.li.5. cap.13.*
Ci.*in par.*

## Quomodo ſint argumẽtationes oratoriæ tractandæ. Cap. XXVI.

*In*

Ariſt.li.3 Rhet.ca.17 Quint.li.5 cap.14.

*IN oratione inſunt aliquando & ratiocinationes breuiter concluſæ, & aperta enthymemata, & inductiones, atque exempla ſubtili quadam & breui oratione cõprehenſa. Quod vt reprehendendum non eſt, ita diligẽtiſsimè eſt curandum, ne ſyllogiſmorum, & enthymematum turba conferta oratio ſit: dialecticis enim diſputationibus, quàm oratorijs actionibus erit propior ac ſimilior, quod longè aliter eſſe debet. Locuples enim & ſpecioſa vult eſſe eloquentià: quorum nihil conſequetur, ſi concluſionibus certis, & crebris, & in vnam propè formam cadentibus conciſa, & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam ſeruitute, & ex copia ſatietatẽ, & ex amplitudine faſtidium tulerit. Feratur igitur non ſemitis, ſed campis: non vti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſsimi amnes totis vallibus fluat: ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat. Adhibeatur in argumentando varietas, & iucunda quædã diſtinctio: figuris verborum, & ornamentis ſententiarũ argumentatio expoliatur. Quò fuerit enim vberior, ac ſuauior, eò etiam erit credibilior. Nunc ſequitur vt de peroratione dicamus.*

Oratio nõ debet ſyllogiſmorũ & enthymematum turba eſſe conferta.

Locuples, & ſpecioſa vult eſſe eloquentia

In argumẽtãdo varietas eſt adhibenda.

Ci. in par.

Quo fuerit vberior ac ſuauior eo erit credibilior argumẽtatio

## De peroratione. Cap. XXVII.

Peroratio nis duæ ſũt partes, amplificatio & enumeratio.

Ariſt.li.3. Rhe.ca.19 Ci. in par.

*EXtrema pars orationis eſt peroratio, quæ diuiſa eſt in duas partes, amplificationem, & enumerationem. Augendi autẽ, & hic eſt proprius locus in perorando, & in ipſo curſu orationis declinationes ad amplificandũ*

ſicandum dantur, confirmata re aliqua aut reprehenſa Omnes enim affectus etiã ſi quibuſdam videtur in prooemio atq; peroratione ſedem habere, in quibus ſanè ſũt frequẽtiſſimi, tamen aliæ quoq; partes recipiunt, ſed breuiores, vt cum ex his plurima ſint reſeruãda. At hic, ſi vſquam totos eloquentiæ aperire fontes licet: hic deniq; efficiendũ eſt oratori, vt non modò auditores qui ſua ſponte ſe dant, & quò imppellit ipſe, inclinant atq; propẽdent, penitus incitentur; ſed vt quietos etiam & languẽtes poſſit vi orationis permouere. In quo et ſi plus eſt operis, tantam vim habet tamen illà, que rectè à bono poëta dicta eſt, Flexanima; atque omnium regina rerum oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut ſtãtẽ inclinare, ſed etiam aduerſantem, & repugnantem, vt imperator bonus ac fortis, capere poſſit. Quod vſq; eò magnum eſt atque præclarum, vſq; eò admirabile, vt in eo penè ſint omnia. Ad id autem cõſequendum, quæ ſuperiore libro de amplificatione dicta ſunt, valde conducũt. Sed illud caput eſt, in quo optimi & grauiſſimi autores vna voce conſentiũt, vt omnes animi motus, quos orator ad hibere volet auditoribus, in ipſo oratore impreſſit ſint atq; inuſti. Neq; enim facile eſt perficere vt incitentur alij, niſi is, qui dicit, ijs ipſis ſenſibus, ad quos illos adducere vult, permoueatur. Vt enim nulla materies tam facilis ad exardeſcendum eſt, quæ niſi admoto igni, ignem cõcipere poſſit: ſic nulla mens eſt tam ãd com-

Affectus ſũt i exordio, & peroratione frequẽtiſſimi, in narratione & cõfirmatione breuiores.

Quin. li. 6 cap. 1.

In peroratione penitus incitandi ſũt auditores.

De orat. 2.

Magnã vi habet omniũ regina rerum oratio.

Cic. de Or. 2. Quin. li 6. c. 2. Hora. in art. poet.

Ad mouẽdos ani nos auditorũ caput eſt eum qui dicit. cõmoueri.

prehēdendā vim oratoris parata, quæ poſſit incēdi, niſi inflammatus ipſe ad eam, & ardens acceſſerit. Primum eſt igitur vt apud eum, qui dicit, valeant ea quæ valere apud auditores volet: afficiaturq́ prius quā afficere conetur. Nihil autē opus eſt ſimulatione, & fallacijs, vt tocies omni animi motu cōcitetur orator. Ipſa enim natura orationis eius, quæ ſuſcipitur ad aliorū animos permouēdos, oratorē ipſum magis etiā quā quēquā eorū, qui audiunt, permouet. Miram etiā vim habet in hoc ipſum imagines rerū abſentiū ita cōplecti animo, vt eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur: has quiſquis bene cōceperit, is erit in affectibus potētiſſimus, Hæc, quæ dicta ſūt, vera eſſe indicant multæ Ciceronis perorationes, vt pro Milone, vbi ait: Sed finis ſit: neque enim præ lachrymis iam loqui poſſum, & hic ſe lachrymis defendi vetat. Et pro Rabirio Poſthumo: Sed iam quoniā, vt ſpero, fidē, quam potui, tibi præſtiti Poſthume, reddā etiā lachrymas, quas debeo. Et paulò poſt: Iam indicat tot hominū fletus, quā ſis charus tuis, & me dolor debilitat, includitq́ vocem. Alijs autē affectibus aliæ eiuſdē perorationes ſūt plenæ. Enumeratio autem nonnunquā laudatori, ſuaſori nō ſæpe, accuſatori ſæpius, quā reo eſt neceſſaria, Huius tēpora duo ſūt, ſi aut memoriæ deffidas eorū apud quos agas, vel interuallo tēporis, vel lōgitudine orationis, vel ſi frequētatis firmamētis vim eſt habitura cauſa maiorē: Quæ autē repeti-

mus,

Qua ratio ne moueatur is qui dicit.

Quin. li. 6. cap. 3.

Cic. ipſo rá totuitve heme tiſſimus.

Pro mil.

Pro C. Rabirio poſthumo.

Enumeratio laudatori nōnūquā ſuaſori nō ſæpe, accuſatori ſæpius quā reo eſt neceſſaria.

C. i. in par.

*mus, quã breuiſſimè dicẽda ſũt, & quod Græco verbo patet, decurrendũ per capita. Nã ſi morabimur, non iam enumeratio, ſed altera quaſi fiet oratio. Quæ autẽ enumerãda erũt, cum põdere aliquo dicẽda ſunt, & aptis excitãda ſentẽtijs, & figuris vtiq; variãda: alioqui nihil eſt odioſius recta illa repetitione, velut memoriæ auditorũ diffidẽtis. Eſt etiã in enumeratione vitandum, ne oſtẽtatio memoriæ ſuſcepta videatur eſſe puerilis.*

Enumerationis duo ſunt tẽpora. *Quin. li. 6 cap. 1.* ἀνακεφαλαίωσις. Quæ enumerátur cũ põdere aliquo dicẽda ſũnt & varietate. *Ci. in par.*

# DE ARTE RHETORICA LIBER, III.

## De Elocutione. Cap. I.

P*Roximo libro ratio inuenta collocãdi atq; diſponẽdi explicata eſt. Hic iam elocutionis rationem tractabimus, in qua oratorẽ excellere, cætera in eo latere indicat nomẽ ipſũ. Nõ enim inuentor, aut compoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia, ſed & Græcè ab eloquendo Rhetor, & Latinè eloquens dictus eſt. Cæterarũ enĩ rerũ, quæ ſũt in oratore, partẽ aliquã ſibi quiſq; vẽdicat, dicẽdi autẽ, id eſt eloquẽdi maxima vis huic ſoli cõcedit. Eloqui autẽ eſt, ea, quæ ĩueneris idoneis verbis ac ſẽtẽtijs ꝑpolire, et exornare. Sine quo ſuꝑuacua ſũt priora, et ſimi-*

*Ci. in ora*

Et apud Græcos, et apud Romanos ab eloquẽdo nomẽ accepit orator, *Quin. li. 8 in proœmio.*

Quid ſit eloqui.

Cæteraomnia ſuperuacua ſunt ſine elocutione.

lia gladio condito at que intra vaginam hærenti. Hoc ita que maximè docetur: hoc nullus niſi arte aſſequi poteſt: huc ſtudiũ adhibendum: hoc exercitatio petit, hoc imitatio, hìc omnis ætas conſumitur: hoc maximè orator oratore præſtantior. Ideoque M. T. inuentionem quidẽ, ac diſpoſitionẽ prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris. Eum autem eloquentem, ideſt in eloquendo excelẽtem putat, qui ita dicit, vt probet, vt delectet, vt flectat. Sed probare neceßitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere vero victoriæ: Hæc cũ ita ſint, meritò tertius hic liber, qui elocutionis præcepta continet, vt duobus ſuperioribus vtilior eſt, ſic etiam erit aliquanto longior.

2. De orat.

eloqués eſt qui ita dicit, vt probet, vt delectet, vt, flectat.

In orat.

Quatuor ĩ elocutione ſpectanda ſunt.

## Quæ in elocutione ſpectanda ſint. Caput. II.

Ariſt. li. 3 Rhet. ca. 4. 3. de Orat. Quin. li. 1. ca. 9. & li 8. cap. 1.

HÆc in elocutione ſpetãda ſunt, vt latinè, vt planè vt ornatè, vt ad id quodcunque agetur aptè, congruenter qne dicamus. De ratione puri, dilucidiq́; ſermonis, et ſi permagni eam facere debemus, cum verborum delectus origo ſit eloquentiæ locus hic præcipiendi non eſt. Nam traditur literis, doctrinaq́; puerili, & conſuetudine ſermonis quotidiani, & lectione veterum oratorum, & poëtarum confirmatur. Reliquas igitur duas partes, quibus omnis admiratio ingenij, omnis laus eloquentiæ continetur, explicemus: quæ duæ partes, illuſtrãde orationis ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici poſtulat ornatè, altera aptè, hãc habẽt vim,

Verborum delectus origo eſt eloquẽtiæ

Cæſar auctor C. in Bruto.

Omnis eloquẽtię laus continetur in apte atq; ornate dicendo.

*vt ſit quàm maximè iucunda, quàm maximè in ſēſus eorũ qui audiũt, inſiuat & quã plurimis ſit reb⁹ inſtructa.*

## De ornatu. Caput. III.

*ORnatur igitur oratio genere primũ, & quaſi colore quodã & ſucco ſuo: nã vt grauis, vt ſuauis, vt erudita ſit, vt liberalis, vt admirabilis, vt polita, vt ſēſus, vt dolores habeat quantũ opus ſit, nõ eſt ſingulorũ articulorũ, in toto ſpectãtur hæc corpore. Genus igitur dicēdi eſt eligendũ, quod maximè teneat eos, qui audiãt, & quod nõ ſolũ delectet, ſed etiã ſine ſatietate delectet. Sed volēti ornatè dicere diligētiſsimè ſylua rerũ primùm, ſentētiarũq; cõparanda eſt. Rerũ enim copia verborũ copiã gignit, & ſi eſt honeſtas in rebus ipſis, de quib⁹ dicitur, exiſtit ex rei natura quidã ſplēdor in verbis, facileq; ſuppeditat omnis apparatus, ornatuſq; dicendi.*

Ariſt. l. 3. Rheto. c 7. 3. de Orat.

Genus dicē di eligēdũ eſt quod ſi ne ſatietate delectet.

*Horat. in art. poet.*

Rerum copia verborum copiá gignit.

*Cicer. 3. de orat. ĩ par. Quint lib. 8. cap. 3.*

## De ornatu orationis. Cap. IIII.

*OMnis oratio cõficitur ex verbis, quorũ primũ nobis ratio ſimpliciter vidēda eſt, deinde cõiunctè. Nã eſt quidã ornatus orationis, qui ex ſingulis verbis eſt, alius, qui ex cõtinuatis cõiũctiſq; conſtat. Ergo vtemur verbis, aut iis quæ propria ſũt, & certa quaſi vocabula rerũ, penè vna nata cum rebus ipſis, aut iis quæ nouamus & facimus ipſi.*

Ornatus orationis aut eſt in ſingulis verbis, aut i cõiunctis.

## De verbis ſimplicibus. Cap. V.

*VErba ſiplicia natura ſũt, alia cõſonãtiora, grãdiora, leuiora, & quodammodo nitidiora, alia cõtra. Cõſo-*

Verba ſimplicia alia ſunt cõſonantiora, grandiora, & nitidiora,

3. de orat. In part. Quin. l. 8. cap. 3. Optima ſimpliciũ quæ autmaximè exclamant, aut ſono ſũt iucũdiſsima. Cicero & Quin. ex Ari. 3. Rhe. to. li. 3. c. 7. Verba clara & ſublimia materiæ modo cernenda ſunt. Verba ſimplicia iudicio aurium ſunt ponderanda. Quæ ſunt verba inuſitata. 3. de orat. Virgilius mirifice vſus eſt verbis inuſitatis. Poeticũ ali quod iuer bũ ſi rarò, & ĩ loco adhibeatur, dignitatē

nantiora enim ſunt, quãquam, moderatio, & cõcertare, quã, & ſi, modeſtia, & confligere. Grãdiora immanis, cõtrucidare, optimus, officioſiſsimus, quã hæc, magnus, necare, bonus, officioſus. Nitidius etiã bos, quã vacca. Vt ſyllabæ autẽ è literis melius ſonãtibus clariores ſunt, ita verba è ſyllabis magis vocalia: & quò plus quæq; ſpiritus habet, eò pulchrior: & quod facit ſyllabarũ, idẽ verborũ quoq; inter ſe copulatio, vt aliud alij iunctũ melius ſonet. In vniuerſum quidẽ optima ſimpliciũ credũtur, quæ aut maximè ex clamant; aut ſono ſunt iucũdiſsima. Et honeſta quidẽ turpibus, potiora ſẽper, nec ſordidis vn quã in oratione erudita locus Clara verò, ac ſublimia materiæ modo cernẽda ſunt. Quod enim alibi magnificũ, tumidũ alibi: & quæ humilia circa res magnas, apta circa res minores videñ: et ſicut in oratione nitida notabile eſt humilius verbũ, et velut macula, ita à ſermone tenui ſublime, nitidũq; diſcordat, fitq; corruptũ, quia in plano tumet. Sed ferè auriũ quodã iudicio ſunt ponderãda, in quo cõſuetudo etiã bene loquẽdi valet plurimũ. Sed quoniam tria ſunt in verbo ſimplici, quæ orator afferat ad illuſtrandã, atq; exornandã orationẽ, aut inuſitatũ verbũ aut nouatũ, aut tranſlatũ, de ſingulis breuiter dicamus.

## De verbis inuſitatis. Cap. VI.

INuſitata ſunt priſca ferè ac vetuſta, et ab vſu quotidiani ſermonis iã diu intermiſſa, quæ ſũt poëtarũ licẽtiæ liberiora, quã oratorũ, eoq; ornamẽto acerrimi iudicij P. Virg.

*Virg. vnicè eſt vſus: olli enim, & quianã, & pone, pellucet, & aſpergunt illã, quæ etiã in picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimitabilẽ arti autoritatẽ. Habet etiã in oratione poëticũ aliquod verbũ dignitatẽ, ſi rarò etiã & in loco adhibeatur. Neq; enim eſt, cur illud quiſquam fugiat dicere, vt Cœlius, ſobolem, aut effari, aut nuncupari, & alia multa: quibus loco poſitis grandior atque antiquior oratio ſæpe videri ſolet.*

habet in oratione.

## De verbis nouis. Cap. VII.

*NOuantur autẽ verba, quæ ab eo, qui dicit ipſo gignuntur, ac fiunt, aut ſimilitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborũ. Similitudine: vt ſyllaturit, à Cicero. formatũ eſt; & ab Aſinio, fimbriaturit, ad ſimilitudinẽ verbi proſcripturit: & à Liuio, ſoboleſcere, ab Horatio, iuueneſcere, à Virg. lenteſcere, & igneſcere dictũ eſt, vt ferueſcere. Imitatione facta ſũt tinnio, rugio, clangor, murmur, aliaq; permulta. Inflexione, vt à bibo, biboſus inflexit Laberius Mimographus. Adiũctione verſutiloquus, & expectorare, nouauit Ennius. Sed Græcis magis cõſcenſum eſt fingere, audendũ tamen aliquãdo, & ſi quid periculoſius finxiſſe videbimur, quibuſdã remedijs præmuniẽdũ eſt, Vt ita dicã, Si licet dicere, Quodãmodo, Permitte mihi ſic dicere. In quo nõ falli iudicium noſtrũ: ſolicitudine ipſa manifeſtũ erit. Nunc quoniam de verbis inuſitatis & nouis dictũ eſt, de tropis: nam illis verba trãsferũtur, exponamus.*

Quatuor modis verba nouãtur. 3. de Orat. Sillaturit, fimbriaturit, ſoboleſcerè, iuueneſcere, lẽteſcere, & igneſcere ſimiltudine ſũt nouata. Ad Atti lib. in epiſ. 10. Decc. lib. 9. L. 4. car. od. 7. geo. 2 & Æn. 9. Tinnio, rugio, clãgor murmur, alieq; pmulta imitatione ſũt nouata. Græ. magis cõceſſũ eſt fĩgere quá Latinis. Qui. l. 8. c. 3 Hor. in ar poeta. Quibus remedijs præmuniãtur, quæ periculoſi⁹ finxiſ

ſe videbimur.

## De tropis. Cap. VIII.

Quid Tropus ſit.
Quin. li. 8. cap. 6. et l. 9 cap. 1,
Tropi numero ſunt vndecĩ, ſeptem in vno verbo, quatuor verò in oratione.

*TRopus eſt verbi, vel ſermonis à propria ſignificatione in aliã cũ virtute mutatio: vt cũ dicimus, lætas ſegetes, verbũ, lætus, à propria ſignificatione, qua lætos homines dicimus, ad ſegetes cũ virtute transfertur. Sũt autẽ tropi numero vndecim. In vno verbo ſeptem, Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Antonomaſia, Onomatopœia, Catachreſis, Metalepſis. In oratione verò quatuor, Allegoria, Periphraſis, Hyperbaton, & Hyperbole: de quibus, tametſi nondũ de eo dicamus ornatu, qui ex cõiunctis cõtinuiſq; verbis conſtat, breuiter ſcribemus, ne iterum de tropis diſſerere cogamur.*

## De Metaphora. Cap. IX.

μεταφορά.
Trãſlatio cũ frequẽtiſsimꝰ tropus eſt, tũ longe pulcherrimus.
Aris. Rhe. lib. 3 cap. 2.
Quin. li. 8 cap. 6.
Trãſlationẽ genuit neceſsitas, iucunditas celebrauit
3. de orat.
autor ad Her li 4.
Quid trãſlatio ſit.
Ad Her. Li. 4.
Translato verbo vti-

*INcipiamus igitur ab eo, qui cũ frequẽtiſſimus eſt, tũ lõge pulcherrimus, trãslatione dico, quæ Metaphora Græcè vocatur. Latiſſimè enim patet. Eã neceſſitas genuit inopiã coacta, & ãguſtijs, poſt autẽ delectatio iucũditaſq; celebrauit. Nã vt veſtis frigoris depellẽdi cauſa reperta primò, poſt adhiberi cœpta eſt ad ornatũ etiã corporis, & dignitatẽ: ſic verbi trãslatio ĩſtituta eſt inopia cauſa; frequẽtata delectationis. Eſt autẽ trãslatio cũ verbũ in quandã rẽ trãsfertur ex alia, quod propter ſimilitudinẽ rectè videtur poſſe trãsferri. Id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificãtius, aut quia decẽtius nam gemmare vites, luxuriẽ eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici neceſſitate dicũt. Oratores durũ hominẽ aut aſpe-*

rum.

rum. Nõ enim propriũ erat. quod darẽt his affectionibus nomẽ. Iã incẽſum ira, inſlãmatũ cupiditate, & lapſu errore, ſignificãdi gratia: Nihil enĩ horũ ſuis verbis, quã his accerſitis magis propriũ erat. Illa ad ornatũ, lumen orationis, & generis claritatẽ, & cõcionũ procellas, & eloquẽtiæ flumina, vt Cice. pro Milone Clodiũ fontẽ eius gloriæ vocat, & alio loco ſegetẽ, ac materiã. Illud autẽ admirãdũ videtur, quid ſit quòd omnes trãslatis, & alienis magis delectãtur verbis, quã proprijs & ſuis. Nã ſi res ſuũ nomẽ, & propriũ vocabulũ nõ habet, vt pes in naui, vt in vite gẽma, neceßitas cogit, quod nõ habeas, aliũde ſumere: ſed in ſuorũ verborũ maxima copia, tamẽ homines aliena multò magis, ſi ſũt ratione trãslata, delectãt. Cauſa autẽ illa eſt, quòd translatio eſt ſimilitudo ad vnũ verbũ cõtracta, ſimilitudine autẽ mirificè capiũtur animi. Eo tamẽ diſtat, quòd illa cõparatur rei, quã volumus exprimere, hæc pro ipſa re dicitur. Cõparatio eſt, cũ dico feciſſe quid hominẽ vt leonẽ. Trãslatio, cum dico de homine, leo eſt.

mur quia neceſſe eſt, aut quia ſignificãtius: aut quia decentius eſt

Qui. 8. c. 6. Pro Mil.

Mirãdũ eſt cur hominẽs tãtope re delectãtur trãſlatione, & eius rei cauſa.

3. Decorat Trãſlatio. eſt ſimilitudo ad vnũ verbum cõtracta.

Ars. 6. Topi ca. 2. & rhe. 3. c. 4. Qui. 8. c. 6. et Cicer. 3 de orat.

Trãſlationis vis eſt quadruplex.

## Quotuplex ſit tranſlatio. Cap. X.

Metaphoræ autẽ vis omnis quadruplex eſt. Cũ in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: vt Liuius Scipionẽ à Catone allatrari ſolitũ refert. Inanima pro alijs generis eiuſdẽ ſumũtur, ut, concentu virtutũ nihil eſt ſuauius. Aut pro rebus animalibus inanima, vt.

Duo fulmina belli
Scipiadas.
Aut contrà.
Sedet inſcius alto.

Ari. 3. rhe. c. 2. & 10. & 11.

In rebus animalibus aliud pro alio ponitur.

Quin. lib. 8. cap. 6.

In anima

*Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.*

*Præcipueq; ex his oritur mira ſublimitas, quæ audaci & proximè periculũ trãſlatione tolluntur, cum rebus ſenſu carentibus actum quendã & animos damus, qualis eſt.*

*Pontem indignatus Araxes.*

*& illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Tubero diſtrict⁹ in acie Pharſalica gladi⁹ agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſẽſus erat armorũ tuorũ? In trãſlatione primum fugienda eſt diſsimilitudo, qualis eſt in illo Ennij, Cœli ingentes fornices. Deinde vidẽdum eſt, ne longè ſimile ſit ductũ, Syrtim patrimonij, ſcopulum libentius dixerim: Charibdim bonorum: voraginem potius. Facilius enim ad ea, quæ viſa, quã ad illa quæ audita ſũt, mẽtis oculi ferũtur. Sũt quædã & humiles trãſlationes, vt, Saxea eſt verruca: quædã maiores, quã res poſtulat, vt, Tẽpeſtas comeſſationis: quædã minores: vt, cõmeſſatio tẽpeſtatis. Vt modicus autẽ atque opportunus eius vſus illuſtrat orationẽ, ita frequens, & obſcurat, et tædio cõplet: cõtinuus verò in allegoriã, & ænigma exit. Quòd ſi vereare ne paulò durior trãſlatio eſſe videatur, molliẽda eſt præpoſito ſepæ verbo, ut, Si olim M. Catone mortuo pupillũ ſenatũ quis relictũ dicat: paulò duri⁹ ſi, Vt ita dicã pupillũ. aliquãtò mitius eſt. Et enim verecũda debet eſſe trãſlatio, vt deducta eſſe in alienũ locũ, nõ irruiſſe, atq; vt precariò, nõ vi veniſſe videatur. Diligẽter etiã cauendũ eſt, ne omnia quæ poëtis permiſſa ſũt, cõuenire orationi putemus; nec enim paſtorẽ populi. au-*

ponũtur ꝓ inanimis aut ꝓ rebus animalibus in anima, aut contra.

De. 4. li. 7.

Æneï. 6.

AEnei. 2.

In quibus trãſlationibus ſit mira ſublimitas.

AEnei. 8.

Pro Lig.

Quę ſint in trãſlatione fugienda.

3. de Orat.

Quinti. li 8. cap. 3.

3, De orat.

Frequẽs vſus trãſlationis exit in allegoriã & ænigma

Quin. l. 8. cap. 6.

Quomodo durior mẽtaphora molliri debeat,

Multæ poetis permiſſæ ſunt metaphoræ, quæ orato-

tore Homero dixerim, nec volucres pennis remigare, li cèt Virg. in apibus ac Dædalo ſpecioſiſſimè ſit vſus. Modus autẽ nullus eſt florẽtior in ſingulis verbis, nec qui plus luminis afferrat orationi, eoq; in illo explicando meritò lõgiores fuimus. ri nõ cõueniunt. 4.Georg. & AEn.6

## De Synecdoche. Cap. XI,

SYnecdoche tropus eſt, in quo ex parte totũ, aut cõtra, aut ex antecedẽtibus ſequẽtia intelligũtur. Quæ deſcriptio octo illos modos cõprehẽdit, quibus fit ſynecdoche, quos grauiſſimi ſcriptores tradiderũt. Ex parte totũ intelligitur, vt ex puppi nauis: enſis ex mucrone: aut ex tecto domus. Cice. Mucrones eorũ à iugulis veſtris reiecimus. Huc pertinet, cũ vel ex vno plures ſignificantur Liuius: Romanus prælio victor: & Virgilius:

συνεκδοχή Græcè, intellectio dicitur, aut. ad Her. Quid ſit ſynecdoche. Octo modi ſynecdoches ab autoribus traditi, ad quatuor reuocantur. Quin. li.8. cap.6. In Cat. 3. or.

Hoſtis habet muros.

Vel genus ex forma, ideſt parte illi ſubiecta: Virg.

Denteſq; Sabellicus exacuit ſus.

Prò quouis ſue: vel ex materia res vniuerſa: qua ratione & ferrũ pro gladio, & pinus pro naui, & aurũ atq; argentũ pro aurea, & argentea pecunia ſumitur, Ci. homines inſtructi & certis locis cũ ferro collocati. Cõtrà verò ex toto pars declaratur, vt in illo Virgilij. AEn.2. Geor.3. pro Cecina.

Fontemq; ignemq; ferebant. AEn.12.

De quo genere eſt, cũ aut è pluribus vnus intelligitur. Cic. ad Brutũ, populo inquit: impoſuimus, et oratores uiſi ſumus: cũ de ſe tãtũ loqueretur: Aut è genere pars illi ſubiecta Virg.

Prædamq; ex vnguibus ales. AEn.12

Proiecit fluuio. ¦Pro aquila,

Ex ãtecedẽtibus ſequẽtia mõſtrãtur: ut cũ ait idẽ poëta.

Eclog. 2. Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.

Quintil. lib. 8. cap. 6. Vt ex his perſpicũ eſt, quæ hoc et ꝓximo capite dicta ſũt. Trãſlatio ad mouẽdos ãnimos, et res penè ſuboculos ſubijciẽdas præcipuè repta eſt, at ſynecdoche ad locupletãdũ ſermoné magis pertinet.

## De Metonymia Cap. XII.

μετωνυμίαν, Greci: vel ὑπαλλαγὴν, ut ad Her. de nominatione appellat. Metonymia quid ſit. Quin. li. 8. cap. 6. Omneſmodi quibus fit metonymia, ad quatuor reuocantur.

METonymia eſt tropus, in quo cauſas per effecta vel effecta ꝑ cauſas, vel ex eo, quod cõtinet, id quod cõtinet, vel rẽ è ſingo intelligimus. Per cauſas effecta declaramus, cũ inuẽtor, aut alicuius rei autor, ꝓ re inuẽta ponitur. Virg. Oneran'q; caniſtris.

Dona laboratæ Cereris.

Hoc modo Platonẽ, Ariſtotelẽ, Demoſthenẽ frequẽter ꝓ eorũ ſcriptis ponimus. Ci. Lectitaſſe Platonẽ ſtudioſè, audiuiſſe etiã Demoſthenẽ dicit. Ex effectis autẽ cauſa ſignifica tur, cũ ſacrilegiũ deprehẽſũ, et ſcelus dicim⁹ ꝓ ſcelerato. Hinc mæſtum timorem, triſtem ſenectutem, & pallidam mortẽ eleganter optimi dicunt autores. Virg.

Æn. 8. Mæſtum'q; timorem Mittite

De cla. or. Horatius.

Ænei. 1. lib. 1. Car. od. 4. Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regum'q; turres.

Ex eo quod cõtinet, id quod cõtinetur uenuſtè etiã intelligetur, Sic bene moratæ urbes uocãtur, ſic ſeculũ felix: ſic Roma pro Romanis, Athenæ pro Athenienſibus frequenter ponuntur. Virg.

AEnei. 7. Cœlo gratiſsimus amnis. Ideſt, Cœleſtibus,

De orat. Cic. Vt omittã illas omniũ doctrinarũ inuẽtrices, Athenas, in quib⁹ ſũma dicẽdi uis et ĩuẽta eſt et ꝓfecta: Athe

nas dixit pro Athenienſibus. Huc referuntur etiam illa, cum ex poſſeſſore res, quæ poßidetur: aut ex duce exercitus ſignificatur, Virg. De cla.or

Iam proximus ardet
Vcalegon, Ideſt. Vcalegonis domus.

Sic hominem deuorari, cuius patrimonium deuoratur: & ab Annibale apud Cannas cæſa ſexaginta milli adi cimus, ideſt ab eius copijs. è ſigno deniq; res moſtratur: vnde toga, quæ pacis erat inſigne & otij, pro pace: & faſces vſurpantur pro magiſtratu. Virg. Ænei. 2. Liu. de hac pugn. li. 2. deca. 3 ſed. apud eum minor eſt numerus.

Non illum populi faſces, non purpura Regum
Flexit. Georg. 2.

Metonymiã, vt ait Cice. Rhetores hyppallagẽ vocãt.

## De Antonomaſia, Cap. XIII.

Antonomaſia ponit aliquid pro nomine, vt, Euerſor Carthaginis & Numantiæ, pro Scipione: & Romanæ eloquentiæ princeps, pro Cicerone. Epitheton autem, ſiue Latinè malis dicere appoſitum, non eſt tropus, quia nihil vertit. Neceſſe eſt enim ſemper, vt, id, quo eſt appoſitũ, ſi à proprio diuiſeris, per ſe ſinificet, & faciat Antonomaſiã. Nam ſi dicas, Ille qui Carthaginẽ & Numantiã euertit, Antonomaſia eſt: ſi adieceris, Scipio, appoſitũ. Appoſito, & frequentins & liberius poëtæ vtuntur, nãq; illis ſatis eſt cõuenire verbo, cui apponit̃: & ita, Dẽtes albi, & humida vina, apud eos nõ reprehẽdũtur. Apud oratorẽ niſi aliquid efficitur, redũdat. Tũ autẽ efficitur, ſi ſine illo quod dicitur, minus eſt

ἀντονομασίαν Græci aut, ad Her. ita vocat pronominationẽ. Antonomaſia quid ſit. Quin. li. 8. cap. 6. Epitheton non eſt tropus. Quo modo differat epitheton ab antonomaſia. Orator quã do epithe-

tis vtitur. Ariſt. li.3. rhe.c.3.& Quin.li.8. cap.6. Pro Mil. Aen.6. Appoſitorũ vus ſit ĩ oratione moderat⁹.

*eſt qualia ſũt, ò ſcelus abominãdũ, ò deformẽ libidinẽ. Exornat autẽ res tota maximè trãslationib⁹: Cupiditas effrenata, & inſanæ ſubſtructiones. Solet etiã fieri alijs adiũctis Epithetõ tropis, apud Virgiliũ: Turpis egeſtas, & triſtis ſenectus. Verũtamẽ talis eſt ratio huius virtutis, vt ſine appoſitis nuda ſit & velut incõpta oratio, ne oneretur tamẽ multis, Nam fit longa, & impedita,*

ὀνοματοποιΐαν. Gr. aut. ad Her. nominationẽ appellat. li.4. Onomatopœia uix Latinis permittitur. Quin. l.8. cap.6.

## De Onomatopœia. Cap. XIIII.

*ONomatopœia, id eſt fictio nominis, Græcis inter maximas habita virtutes, Latinis vix permittitur. Ab his tamẽ plurima ſũt per Onomatopœiã poſita, qui primi ſermonẽ fecerũt aptãtes affectibus nomẽ. Nã mugitus & ſibil⁹, & murmur, & vagit⁹, aliaq́; quãplurima ĩde uenerũt. At nũc raro et cũ magno iudicio hoc genere utẽdũ eſt, ne noui uerbi aſiduitas odiũ pariat: ſed ſi cõmodè quis eo vtat̃, & raro, nõ modo nõ offẽdet nouitate, ſed etiã exornabit orationẽ. C. in Ant. Tuæ cõiugis bonæ fœminæ, locupletis quidẽ certè, Bãbalio quidã pater, homo nullo numero, nihil illo cõtẽpti⁹, qui ꝓpter hæſitãtiã lĩguæ, ſtuporẽq́; cordis cognomẽ ex cõtumelia traxerit. Sed ſi quis tropi definitionẽ attẽtè cõſiderauerit, Onomatopœiã ĩ tropis nullo modo numerabit.*

κατάχρησις. Gr. aut. ad He. eſt abuſio, Quid ſit catachreſis Quin. l.8. cap.6.

## De Catachreſi. Ca. XV.

*CAtachreſis, quã rectè dicimus abuſionẽ, nõ habẽtibus nomen ſuũ accõmodat quod in proximo eſt. Sic.*

*Equum diuina Palladis arte. Aedificant*

*Et, Pyxides, cuiuſcũq́; materiæ ſũt, et parricida matris*

quoq́;

quòq; aut ſororis ĩterfector dicit̃, Valde ſimilis eſt metaphoræ, ſed ab ea tamẽ diſtĩguit̃, quod abuſio nomẽ ex vicina ac finitima re accõmodat alteri rei, quæ ſine nomine eſt: metaphora verò, etiã ſi nomẽ nõ deeſt. ũdecũq;, modò ſimilitudinẽ res habeat, alienũ nomẽ aſciſcit. Quid tã ꝓpiquũ patris ĩterfectori, quã matris aut ſororis aut fratris ĩterfector? ergo is, quia nomẽ Latino ſermone nõ habet per abuſionẽ parricida uocat̃. Quid rurſ9 magis ſeiũctũ, quã arbor atq; Rex? res. quæ florere verbo ab arbore trãslato dici t̃? Vnde apparet duos hos tropos ita ſimiles eſſe, ut tamẽ ſint diuerſi. Metaphorare in nomẽ aſciſcit vndecũq; ſiue nomẽ res habeat ſiue nomine careat. Quint. l.8 cap.6. μετα λη-ψις

## De Metalepſi. Cap. XVI.

SVpereſt ex his, qui aliter ſignificãt, Metalepſis, ideſt, trãſũptio ex alio in aliud uelut uiã præſtãs. Trop9 autẽ eſt rariſſimus, & maximè improprius, Virg. Metalepſis eſt rariſſim9 tropus & maximè ĩproprius Quin. li.8. cap. 6. Eclog. 1. Quint. ibi

*Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.*

Gradatĩ enĩ ab ariſtis ad ſpicas, à ſpicis ad ſegetes, ab his ad æſtates, ab æſtatibus ad ãnos accedit̃. Idẽ etiã poëta in primo libro Æn. ſic ait. *Speluncis abdidit atris,* Vbi ſpelũcæ nigræ, ac per hoc craſſis et obſcuris tenebris circũfuſæ, ad extremũ deniq; ĩfinita altitudine depreſſæ intelligũtur. ἀλληγορία Gr. autor ad Her. per mutationẽ vocat. li. 4.

## De Allegoria Cap. XVII.

ALlegoria, quã inuerſionẽ ĩterpretamur, aliud uerbis aliud ſẽſu oſtẽdit, ac etiã interim cõtrariũ: Virg. Quid ſit allegoria. Quint. l.8. Georg. 2.

*Sed nos immenſum ſpacijs confecimus æquor:*
*Et iam tempus equũm ſpumantia ſoluere colla.*

Habet vſum talis allegoriæ frequenter oratio, ſed rarò totius, plerunque apertis permiſta eſt. Tota apud Cicer. talis eſt: Hoc miror enim querorque quenquã hominẽ Oratio recipit etiã allegoriã ſed raro totã.

Allegoria mixta in oratione frequens eſt, *Pro Mil.*

*ita peſſundare alterum verbis velle, vt etiam nauem perforet, qua ipſe nauiget. Illud commiſtum frequentiſſimum. E quidem cæteras tempeſtates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum, ſemper Miloni putauit eſſe ſubeundas: niſi adieciſſet, fluctibus concionũ, eſſet allegoria, nunc eam miſcuit. Illud verò longè ſpecioſiſſimum genus orationis, in quo trium permiſta eſt gratia, ſimilitudinis, allegoriæ, & translationis. Quod fretum quem Euripum tot motus, tamq; varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum. Dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam cõmutat aura rumoris. Nam id quoq; in primis eſt cuſtodiendũ, vt quo genere cœperis translationis, hoc deſinas. Multi enim cum initium à tempeſtate ſumpſerunt, incẽdio, aut ruina finiunt, quæ eſt in conſequentia rerum fœdiſſima. Cæterũ allegoria paruis quoq; ingenijs, & quotidiano ſermoni frequentiſſimè ſeruit. nam illa in agendis cauſis trita. Pedem conferre: &, iugulum petere, & Sanguinem mittere, in de ſunt Allegoria quæ eſt obſcurior, ænigma dicitur, vitium profectò, ſi quidem dicere dilucidè virtus, quo tamẽ & poetæ vtuntur Virgilius.*

Specioſſimũ genus orationes eſt quod cõſtat allegoria, ſimilitudine & trãslatione *ProMur.*

Quid in allegoria cuſtodiẽdum ſit.

Allegoria in quotidiano ſermone eſt frequẽtiſſima

Aengima eſt obſcurior allegoria

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.*
*Treis pateat cœli ſpatium non amplius vlnas.*

Eclog. 3.

*Et oratores nonunquam: ænigmata enim ſunt illa, quæ*

Cic.

*Cic. contra Verris nequitiam, & iniquitatē in ore vulgi, atq; in communibus prouerbijs dicit eſſe verſata. Negabant (ait ille) ius tam nequam eſſe Verrinū: & paulò poſt: Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet. Sed illud peracutum, & eruditū, quod per iocum ſcrīpſit ad Trebatium iureconſultum familiarem ſuum, qui ad Cæſarē imperio Gallias tenentem idcirco venerat à Cicerone commendatus, vt augeret facultates ſuas. Sic igitur ait, Treuiros vites, cenſeo, audio capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent. Sed aliàs iocabimur. Erant enim Romæ triumuiri capitales, qui carceris erant cuſtodes, & iudicia rerum capitalium exercebant, & cum ſupplicium de ſontibus ſumebatur, præſentes aderant. Erant & triumuiri monetales, quorum officium his ipſis Ciceronis vocabulis ſignificabatur, vt veterū quoque nummorū inſcriptiones declarant. Ad vtroſque autem reſpexit Cicero, cū monet Trebatiū, vt Treuiros, qui erant feri, & bellicoſi Galliæ populi, vitet. Nam Romani triumuiros, treſuiros quoq; dicebant. Eſt & illud Plauti ænigma,*

*Vbi viuos homines mortui incurſant boues.*

Act. 3.

Et or. pro Ciu. & Sal. incniur.

Pomp. li. 1. pan. de orig. iu. li. 2

Sic enim īſcribūtur. A A. A. f. f. Ideſt, auro argēto ęre, flando feriundo.

In *Aſin*

## De Ironia. Cap. XVIII.

*IRonia, quam illuſionem vocant, allegoria eſt, quæ non ſolum aliud ſenſu, aliud verbis oſtendit, ſed contrarium. Ea aut pronuntiatione intelligitur, aut perſona, aut rei natura. Nam ſi qua earum verbis diſſentit,*

εἰρωνεία ap Græ. inuerſionē vocāt & diſsimulationē lat.

Ariſt. rhe. ad Alexā. cap. 10. & Quin. li. 8. cap. 6.

Quid ironia ſit, eam aut. ad He, li. 4 vocat permutationem.
Quomodo ironia intelligatur.
Aen. 11.
περὶ φράσεως,
Quid ſit periphraſis.
eam aut ad Her. circuitionē vocat lib. 4.
Periphraſis eſt apud poetas frequētiſsima.
Quint. lib. 8. cap. 6.
Aen. 2.
Periphraſi cotiariæ eſt periſſologia,
ὑπέρβατον Græci, vel ὑπέρβασιν
Trāſgreſsionē nominat aut, ad Her. lib. 4.
Hyperbatō tropus

*apparet diuerſam eſſe orationi volūtatem. Cic. in Clodiū: Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta ſeruauit. & Turnus apud Virgilium.*

*Meque timoris*
*Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos*
*Teucrorum tua dextra dedit.*

## De Periphraſi. Cap. XIX.

C*Vm pluribus verbis, id quod vno, aut paucioribus dici poteſt, explicatur, Periphraſim vocant, circuitum loquēdi, qui eſt apud poëtas frequētiſsimus. Vt,*

*Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris*
*Incipit, & dono diuum gratiſsima ſerpit*

*Et apud oratores non rarus, ſemper tamē aſtrictior, quicquid enim ſignificari breuius poteſt, & ornatu latius oſtenditur, periphraſis eſt. Verum vt cum decorem habet, periphraſis, ita cum in vitium incidit periſſologia dicitur: obſtat enim quicquid non adiuuat.*

## De Hyperbato. Cap. XX.

H*Yperbaton, ideſt tranſgreßio, tropus eſt ſolis poëtis conceſſus, qui etiam verborum diuiſionem, & tranſgreßionem faciunt. Virgilius*

*Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni.*

*Quod oratio nequaquam recipiet. Eſt autem diligenter animaduertendum, hyperbaton: vbi nihil ex ſignificatione mutatum eſt, ſed ſtructura ſola decoris gratia variatur, tropum non eſſe, id quod tropi definitio declarat. Imo, vt Quintilianus quoque fatetur, hy-*

perbatō

*perbaton multi tropis omnino eximunt, quorum ſententia verior eſt. Tropi enim definitio ad nomen ipſum: non ad eius partes accommodanda eſt. Nemo autem inficiabitur ſeptentrionem in eo carmine ſuam ſignificationem tueri, & conſeruare.*

ſolis poetis cōceditur. Quint. lib. 8 cap. 6. Georg. 3. Hyperbatō eſt tropus quādo cōponitur ex duobus intellectibus.

## De hyperbole. Cap. XXI

*HYperbole eſt, ementiens ſuperiecto, cuius virtus eſt ex aduerſo par augendi ac minuendi: Virgilius.*

li. 9. cap. 1. ὑπερβολή ſuperlatio eſt, aut. ad Her. lib. 4. Quin. li. 8. capi. 6.

*Geminique minantur In cœlum ſcopuli.*
*Et, Fulminis ocyor alis*

*Cicero in Antonium, Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico, quæ ſi fuit, fuit animal vnum: Oceanus medius fidius vix videtur, tot res, tam diſſipatas, tam diſtantibus locis poſitas, tam citò abſorbere potuiſſe. Illud Virgilij ad minuendum.*

Hyperbole valet ad augēdum. & menuēdum.

*Vix oſsibus hærent.*

*Sed tam in augendo quam in minuendo ſeruetur mēſura quædam. Quanuis eſt enim omnis hyperbole vltra fidem, non tamen eſſe debet vltra modum.*

Aen. 1. Aen. 5. Phil. 2. Eclog 3. Hyperbole nō debet eſſe vltra modum.

## De ornatu qui eſt in verbis coniūctis. Caput. XXII.

3. De orat

*SEquitur continuatio verborum, quæ duas res maximè, collationem primum, deinde modum quendam formamque deſiderat. Tum & verbis & ſententijs oratio conformanda eſt, de quibus poſt tropos aptiſsimè dicemus, deinde de collocatione, poſtre-*

*mò de modo & forma, id eſt numeris qui ſunt adhibendi in oratione, diſſeremus.*

## De figuris. Cap. XXIII.

Quid ſit figura. Quint.li.9 cap.1. Quod ſit diſcrimen inter tropos & figuras. Cic. pro Lege Mā.

*FIgura (ſicut nomine ipſo patet) eſt conformatio quædam orationis, remota a communi, & primum ſe offerente ratione. Differt autem à tropis figura, quia pro prijs verbis figura fieri poteſt, quod in tropos non cadit: vt, Fuit hoc quōdam, fuit proprium populi Romani: figura eſt in verbo geminato in ſua ſignificatione permanente. Illud tamen notandum, coire frequenter in eaſdē ſententias & tropum & figuram. Tā enim tranſlatis verbis quàm proprijs figuratur oratio, vt, Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententijs aluerunt, coniurationemq́ naſcētem non credendo corroborauerunt. Aluerūt, & corroborauerunt, tranſlata ſunt, & ſimiliter deſinētia, ſimiliterq́ cadentia.*

Tā verbis ꝓprijs quā trāſlatis figuratur oratio, Orati.1.in Catil.

## De generibus figurarum Cap. XXIIII.

Figuræ vel ſunt in verbis vel in ſententijs. Quid ſit verborum figura. Aut.ad he. lib.4. Quo pacto verborū figuræ à figuris ſentētiarū diſtinguantur.

*SIcut omnē orationē, ita figuras quoq́ neceſſe eſt verſari in ſenſu, & in verbis. Vt verò natura prius eſt cōcipere animo res, quàm enūciare: ita de ijs figuris āte loquēdū eſſet, quæ ad mentē pertinēt: ſed facilitatē ſecuti, de figuris verborum prius dicemus. Eſt autē verborū exornatio, quæ ipſius ſermonis inſignita cōtinetur perpolitione. Inter cōformationē verò verborū & ſententiarū hoc intereſt, quòd verborū cōformatio tollitur, ſi verba mutaris: ſentētiarū permanet quib⁹ cūq́ verbis*

uti velis: ut, Nũc verò quid agat, quid moliatur, quid deniq; quotidie cogitet, quẽ ignorare noſtrũ putat? Repetitio eſt verborum figura, & interrogatio figura ſentẽtiarũ (perſæpe enim unus & idẽ locus, & verborũ & ſentẽtiarũ ornamẽtis illuminat) muta verba, Quid agat, & moliatur, ac deniq; quid cogitet quẽ ignorare noſtrũ putat? Repetitio tollitur, interrogatio permanet, ſẽperq; permanebit quibuſcũq; verbis uti velis. Sed quoniã parũ inter autores conuenit de numero & noĩbus figurarũ, & in eo etiã magna diſcrepantia eſt, quòd aliquæ à quibuſdã inter verborũ exornationes ponũtur, quæ ab alijs inter ſententiarũ ornamẽta numerantur, nos mediam viam ſecuti, ea de quibus grauiſſimorum ſcriptorum maior conſenſus eſt, explicamus.

3. de Orat Ora. 1. in Catil.

Parum conuenit inter autores de numero & nominibus figurarum.

## Quot modis fiant figuræ verborũ Cap. XXV.

Figuræ verborum tribus maximè fiunt modis, per adiectionem, detractionẽ, ſimilitudinem. Per adiectionẽ, ut Cicero Pro Milone: Occidi, occidi non Spuriũ Melium. quo loco; verbũ: occidi, figuratè geminatũ eſt. Et in Catil. Fuit, fuit iſta quondã in hac rep. virtus. Et in eadem oratione. Viuis, & viuit nõ ad deponendã, ſed ad cõfirmandã audaciam. Per detractionẽ etiam fiunt figuræ, in quibus multũ eſt venuſtatis. Cice. in eundẽ Catil. Abijt, exceſſit, erupit, euaſit, ubi coniũctiones prætermituntur. Sed tertium genus figurarum quod quandam vocum habet ſimilitudinem, & aures

Figuræ verborum tribus maximè fiunt modis.

Quin. l. 9. cap. 3.

Pro Mil.

Ora. 1.

Ora. 2.

Figura quę vocum habent ſimilitudinem aures in ſe præcipuè vertunt.

In Orat.

*præcipuè in ſe vertit, & animos excitat. Cic. in oratore: Itaque efficis, ut cũ gratiæ cauſa nihil facias, omnia tamen ſint grata, quæ facis.*

## De figuris quę fiunt per adiectionem.

## Caput. XXVI.

ἀναφορά vel. ἐπιβολή Græ. aut. ad Her. lib 4. Quin. li. 9. cap. 3. De Orat. In orat.

Acriter & inſtáter ab eodem verbo ducitur ſæpius oratio.

Orat. 1. Orat. 2.

R*Epetitio eſt cũ ab eodem verbo ducitur ſæpius oratio, vel ut Cicero deſcribit, Eſt eiuſdem verbi crebra à primo repetitio. Quod acriter & inſtanter fit, Cicero in Catilinam. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, ſed etiam videam, planeq́; ſentiam. Idem contra Rullum: Quid enim eſt tam populare, quàm pax? qua non modò ij, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta atq; agri mihi lætari videntur. Quid tam populare quàm libertas? quam non ſolum ab hominibus, verum etiam à beſtijs expeti, atq; omnibus rebꝰ ãteponi videtis. Quid tã populare, quã otium? quod ita iucundum eſt, ut & vos, & maiores veſtri, & fortiſſimus quiſq; vir maximos labores ſuſcipiendos putet, ut aliquando in otio poſſit eſſe, præſertim cum imperio ac dignitate.*

ἐπιφορά vel, ἀντιστροφή Græ. Phi. 2.

C*Onuerſio eſt cum in idem verbum conijcitur ſæpius oratio. Cicero in Antonium, Doletis tres exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius. Deſideratis clariſſimos ciues? eos quoq; eripuit vobis Antoniꝰ. Autoritas huiꝰ ordinis afflicta eſt? afflixit Anto.*

συμπλοκή aut. ad Her lib. 4.

C*Omplexio eſt, quæ repetitionẽ & conuerſionẽ cõple-*

*ctitur*

*complectitur. Qui ſunt, qui fœdera ſæpe ruperunt? Carthagineſes. Qui ſũt, qui crudele bellũ in Italia geſſerũt? Carthagineſes, Qui ſũt qui Italiã deformauerũt? Carthagineſes. Qui ſũt qui ſibi poſtulant ignoſci? Carthagineſes. Videte ergo, quid oporteat eos impetrare. Cic. pro lege agraria. Quis legẽ tulit? Rullus. Quis maiorẽ populi partẽ ſuffragijs priuauit? Rullus. Quis comitijs præfuit? idẽ Rullus. Quis tribus, quas voluit, vocauit, nullo cuſtode ſortitus? Quis decem viros, quos voluit, renunciauit? idem Rullus.* Orat. 2.

*Conduplicatio eſt verborũ geminatio, quæ habet interdũ vim, lepòrẽ aliás, Geminãtur autẽ verba modis pluribus: aut enim adiũgitur idẽ iteratũ, vt Cic. in Catil. Viuis & viuis nõ ad deponẽdã ſed ad cõfirmãdã audatiã.* Orat. 3. *Aut & idẽ ad extremũ refertur: Cic. in Verrẽ, Multi & graues dolores inuẽti parẽtibus, & ꝓpinquis multi.* Act. 7. *Aut cõtinẽter vnũ verbũ nõ in eadem ſentẽtia ponitur: Cic. ꝑ Ligario. Principum dignitas erat penè par, nõ par fortaſſe eorũ qui ſequebãt̃: Aut poſt aliquã interiectionẽ repetũtur, Cicer. Bona, miſerũ me (cõſunptis enim lachrymis tamẽ infixus animo hæret dolor) bona inquã Cn. Pom, acerbiſsimæ voci ſubiecta præconis. Poſſũt quoq́ media reſpõdere uel primis, ut Vir.*

Aliquando continẽter idem verbũ in diuerſis ponitur ſententijs. ph. l. 2. Media verba poſſunt primis reſpondere.

*Tenemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda.* AEn. 7.

*Vel vltimis: Cicero in Verrem, Hæc nauis onuſta ex præda Sicilienſi: cum ipſa quoque eſſet ex præda. Interim ſentẽtia tota repetit̃: Cicer in eadẽ act. Quid Cleomenes* Act. 7.

Aliquando ſentẽtia tota repetitur

Loc⁹ apud Ciceronem pulcherrimus. πολοκὴ Græ.

facere potuit? non enim poſſumquenquã in ſimulare falſo Quid inquã Cleomenes magnopere facere potuit? Ille verò apud Ciceronẽ locus eſt pulcherrimus, in quo & primo verbo longo interuallo redditum eſt vltimũ, & media primis, & medijs vltima congruunt. Veſtrũ iam hic factũ reprehenditur P. C. non meũ: ac pulcherrimũ quidẽ factũ, verũ vt dixi nõ meum ſed veſtrum.

πολυ'πλωτορ De aruſp. reſp.

TRaductio eſt cũ verba paululum immutata ponũtur. Cicero, Homines propè conſitẽtẽ iudicio liberauerũt: hominibus iniuria tui ſtupri in ipſos dolori nõ fuit: Homines tibi arma, alij in me, alij poſt in illũ inuictum ciuem dederũt: hominũ beneficia prorſus concedo tibi, ac maiora non eſſe quærenda. Et pro Archia: Pleni ſunt omnes libri, plenæ ſàpientium voces, plena exemplorum vetuſtas.

σ'υ;ωνυμι'α Orat. 1.

SYnonimia eſt cum verba idem ſignificantia congregantur. Quæ cũ ita ſint Catilina, perge quo cœpiſti: egredere aliquãdo ex vrbe, patent portæ, proficiſcere. Et alio libro: Abijt, exceſſit, erupit, euaſit. Nec verba modo, ſed ſenſus quòque idem facientes aceruantur, Perturbatio iſtum mentis & quædam ſcelerum offuſa caligo & ardentes furiarum faces excitarunt.

Non verba modo, ſed ſenſus quoque idẽ faciẽtes aceruantur. Orat. 2. Pro Mil. πολυσυ'νδετορ. Geor. 3. In Catil.

POlyſyndeton eſt ſchema quod cõiũctionibus abũdat.

Tectumq; laremq;
Armaq; Amyclæumq; canẽ, Creſamq; pharetram.

Cic. Atq; idẽ tamẽn ſtuprorũ, & ſcelerũ exercitatione

aſſue

aſſue factus: frigore, & fame, ac ſiti, & vigilijs perferẽdis, fortis ab ijs iſtis ſuis ſocijs prædicabatur, Idem. Senatus eſt ſummũ populi Romani, populorũq́, & gentiũ omniũ, ac regũ conciliũ. Et alibi. Virtus hõnibus inſtituẽdo & perſuadẽdo, non minis, & vi, ac metu traditur. Pro domo ſua. De Orat.

GRadatio repetit quæ dicta ſunt, & priuſquã ad aliud deſcendat in pluribus reſiſtit. Vel, vt cũ Cicero. definiamus, Gradatio eſt cũ gradatim ſurſũ verſus reditur. Africano virtutẽ induſtria, virtus gloriam, gloria æmulos cõparauit. Cic. pro Milone: Neque verò ſe populo ſolũ, ſed etiã ſenatui tradidit: nec ſenatui modò, ſed publicis præſidijs & armis: neq́ his tantũ, verũ etiã eius poteſtati, cui ſenatus totã Remp. omnẽ Itàliæ pubẽ, cũcta populi Romani arma cõmiſerat. In tertio loco, cũ dicendũ fuiſſet: nec publicis præſidijs & armis tantũ: cõſultò, quoniã id longũ erat & in ſuaue, pro eo dixit: neq́ his tantũ. Idẽ pro Sex. Roſcio Amer. In vrbe luxuries creatur ex luxuria auaritia, exiſtat n[illegible] ſe eſt, ex auaritia erũpit audacia. Hæc figura apertiorẽ habet artẽ & magis affectatã, ideoq́ eſſe rarior debet. κλίμαξ

## De figuris verborum, quę fiunt per detractionem. Cap. XXVII.

SEquũtur figuræ, quæ per detractionẽ fiunt, quæ breuitatis nouitatiſque maximè gratia pituntur,

Figuræ qui per detractionẽ fiũt nouitatis breuitatiſque gratia maximè petuntur.

DIſſolutio, quam articulum alij vocant, eſt cũ demptis coniunctionibus diſſolutè plura dicuntur. Cic. Qui. li. 9 Sit ca. 3 Cic.

*Sit in eius tutela Gallia: cuius virtuti, fidei, felicitati cõmendata eſt. Apta eſt hæc figura non in ſingulis modò verbis, ſed ſententijs etiam. vt Cicero pro Archia: Hæc ſtudia adoleſcentiã alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornãt, aduerſis perfugium præbent, delectãt domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Diſſolutionis autem, & polyſyndeti fons vnus eſt, quia acriora faciunt, quæ dicũtur. & vim quãdã per ſe ferẽtia velut ſæpiꝰ erũpẽtis affectꝰ.*

*De orat. in orat. aut ad Her. li. 4. Ἀσύνδετον aut ἀσύνδετον. De pron. conſ. Diſſolutio non in ſingulis modo verbis fit, ſed ſententijs etiam. Pro Arch. Diſſolutionis & polyſyndeti vnꝰ eſt fons. De polyſyndeto dictũ eſt ſupra ca. ſuperiori.*

*ADiunctio eſt in qua vnum ad verbum, quod primum aut poſtremum collocatur, plures ſententiæ referũtur, quarum vnaquæq; deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Fit autẽ præpoſito verbo ad quod reliqua reſpiciant hoc modo: Vicit pudorẽ libido, timorem audacia, rationem amentia. aut illato, quo plura clauduntur. Nec enim is es Catili. vt te, aut pudor vnquam à turpitudine, aut metus à periculo: aut ratio à furore reuocauerit. Medium quoq; poteſt eſſe quod & prioribus, & ſequẽtibus ſufficiat: vt, formæ dignitas, aut morbo defloreſcit aut vetuſtate. Quod cum fit, Coniunctio figura eſt.*

*Ari. 3. rhe. cap. 12. πρωτοζεύγμα, ὑποζεύγμα. Cõprehẽdit adiunctio. Tribus modis adiunctio fit.*

*DIſiunctio (quam perſpicuitatis gratia: quoniam ſuperioribus contraria eſt, hoc loco tradimus) eſt, cum eorum, de quibus dicimus vnum quodq; certo concluditur verbo. Cicero pro Archia: Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo, Iudices, vt ab illis nullo me vnquam tempore, aut commodum, aut ocium meũ abſtra-*

*Pro cluẽt. Orat. 1. ἀλυτομ. l. ὑπεζευγμένον.*

*abſtraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique ſomn' retardarit, Et in eadē oratione. Homerum Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuū, Chijſuum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò eſſe ſuum confirmant.* Homerum multæ ciuitates ſuum ciuem eſſe dicunt.

S*Ynecdoche, cuius & Cicero & Quintilianus meminerunt, non tropus modò de quo ante dictum eſt, ſed verborū etiā eſt exornatio: Ea fit cū ſubtractū aliquod verbū ſatis ex cæteris intelligitur. Præciſionē vocat autor ad Her. Cic. ad Brutū: Sermo nullus ſcilicet niſi de te. Quid enim potius? Simul enim intelligitur in priori quidē parte, eſt; in poſteriori verò, facimus, aut aliquid ſimile. Differt ab Apoſiopeſi, quæ ſentētiarū eſt exornatio, quod in ea vnū verbū & manifeſtū quidē deſideretur, vt in ſuperiori exēplo, & in illo etiam Ciceronis Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari: vbi nihil aliud intelligi poteſt quā hoc, diadema impoſuit: At in Apoſiopeſi aut incertū eſt, quod tacetur, aut certè lōgiore ſermone explicandum. Synæcioſis eſt quæ duas res diuerſas colligat. hoc modo. Tam deeſt auaro, quod habet, quàm quod non habet.* συνεκδοχὴ vel ἔλλειψις Græ. aut ad Her. eſt præciſio. In orat. De apoſiopeſi dicetur c. pximo. Synecdoche differt ab apoſiopeſi. συνοικείωσις

## De figuris verborū tertij generis Cap. XXVIII.

T*Ertium eſt genus figurarum, quæ aut ſimilitudine vocum, aut partibus, aut contrarijs, vertunt in ſe aures, & animos excitant.* Cicer. 2. de ora. & in or. Quint. lib. 9. ca. 3 aut. ad Her. li. 4.

A*Nnominatio, quam Græci Paronomaſiam vocant, eſt cum paululum immutata verba, atque deflexa,* παρωνομασία Græ. aut ad Her traductio dicitur

Multis & varijs ratio nibus fit paronomaſia pro Cluen.

deflexa, in oratione ponuntur. Ea multis & varijs rationibus cōficitur: Adiectione hoc modo, Cic. pro Cluentio: Si in hac calamitoſa fama, quaſi in aliqua perniciosiſsima flāma. Et, Emit morte immortalitatē. Detractione ſic, contra eum, qui ſe legationi immoriturum dixerat, pater Quintiliani: non exigo vt immoriaris legationi, immorare. Commutatione. hoc modo: Cicero in Catilinam, Hanc reipublicæ peſtē paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. Et in M. Antonium Hem cur magiſter eius ex oratore arator factus ſit. Trāslatione: Videte Iudices vtrū homini nauo, an vano credere malitis. Hæc figura, leuis alioqui, ſententiarum pondere implenda eſt. Merito igitur illa exēpla vitādi potius, quàm imitandi gratia ponit Quintilianus: Auium dulcedo ducit ad auium. &, non Piſonum, ſed piſtorum: peßimum vero, Ne patres Conſcripti, cricūſcripti videātur. &, Raro euenit, ſed vehemēter venit: aliaq; ſimilia.

Quin. li. 9. cap. 3.

Ora. 1.

Phil 3.

Paronomaſia pōdere ſētētiarū implenda eſt.

Similiter cadens exornatio eſt, cū in eoſdē caſus verba cadūt, Græci Homioptoton appellant. Cice. Ac primum quanta innocentia debent eſſe imperatores? Quānta deinde omnibus in rebus temperantia? Quāta felicitate? Quanto ingenio? Quanta humanitate? Et alibi: Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Similiter cadens eſt in illis verbis, Diligam, admirer, putē. Nā & verborū

ὁμοιόπτωτον

pro leg Man

Similiter cadens nō ſolum eſt in nominibus ſed etiam in verbis.

pro Arch.

*ut nominum ſui etiam ſunt caſus.*

*SImiliter deſinens eſt cum ſiue caſus ſit in verbis, ſiue non, tamen ſimiles exitus ſunt. Cicero: Itaque nō ſum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi, militiæq́ terra, mariq́ quantaq́ felicitate geſſerit, ut eius ſēper voluntatibus non modò ciues aſſenſerint, ſocij obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti, tempeſtateſq́ obſecundarint. Et pro Milone, Non modò ad ſalutem eius extinguēdam, ſed etiā gloriam per tales viros infringēdā. Differt hæc figura à ſuperiori, eſt enim ſimiliter cadēs tantum caſus ſimilis, etiā ſi diſsimilia ſint, quæ declinentur: at ſimiliter deſinens in eoſdē exitus cadit, ut, Audacter territas, humiliter placas. Atq́ eò fit, ut ſimiliter cadēs in verbis & nominibus tātū eſſe poſsit, cū ſimiliter deſinēs non modò in his, ſed in illis etiā quæ declinari non poſſunt, reperiatur, ut proximum declarat exemplum.*

ὁμοιοτέλευτον. *Pro lege Manil.*

*Pro Mil.* Similiter cadēs, & ſimiliter deſinens quo mode differant.

*COmpar Græci vocant Iſocolon, habet mēbra orationis. quæ cōſtāt ex pari ferè numero ſyllabarum. Hoc non de enumeratione noſtra fiet, nā id quidē pueri le eſt: ſed tantū affert uſus, & exercitatio facultatis, ut animi quodā ſenſu par membrū ſuperiori referri poſsim⁹. Cic. pro lege Manilia: Ita tantū bellū, tam diuturnū, tā lōge, lateq́ diſperſum, quo bello ōnes gētes tenebātur, Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineūte vere ſuſcepit media æſtate confecit. Loquitur autem de bello, quod*

ἰσόκωλον

Animi quodam ſenſu ſine noſtra enumeratione compar fit.

*Pro lege. Manil.*

Pom-

*Pompeius geſſit contra Piratas.*

*Contra poſitum autẽ, vel, vt quidã vocant. Cõtentio (antitheton Græcis dicitur) non vno fit modo. Nam & fit, ſi ſingula ſingulis opponũtur. vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationẽ amẽtia Et bina binis: Nõ noſtri ingenij, veſtri auxilij, eſt. Et ſẽtẽtiæ ſẽtẽtijs: Odit populus Romanus priuatã luxuriã, publicã magnificẽtiã diligit. Nec ſẽper cõtrapoſitũ ſubiũgitur, vt in hoc Ciceronis pro Milone, Eſt enim hæc Iudices nõ ſcripta, ſed nata lex. Sed crebra etiã crebris opponũtur, vt in eo, quod ſequitur, quã nõ didicimus accepimus, legimus, verũ ex natura ipſa arripuimus, hauſimus expreſſimus. Sũt quidã autores, qui duplicẽ faciũt cõtẽtionẽ, vnã verborũ, quã Antitheſim appellãt: ſẽtẽtiarũ alterã, quã Antithetõ vocãt. Eas autẽ ita diſcernũt, vt contentionẽ verborum figuram eſſe dicant cum ex verbis; contrarijs conficitur oratio. vt, Inimicis te placabilem, amicis inexorabilẽ præbes. Et quod Cæcil. Metellus dicit apud Liuium: amicitias immortales, inimicitias mortales debere eſſe. Sententiarum verò cũ ſẽtẽtiæ cõtrariæ ex cõparatione referũtur. Sed cũ Quintilianus Cic. ſecutus Antithetõ inter verborũ numeret exornationes. & diſcrimen illud tenue ſit, & exile, ſatis eſſe debet, quod de cõtentione dictũ eſt. Magnæ veteribus curæ fuit, gratiã dicẽdi è quatuor his proximis figuris acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copioſus vtiq;*

ἀντίθετον

Sĩgula ſingulis opponuntur per contentionem

*Cic. pro Cluent.*

*Ibidem.*

Bina binis opponũtur per contentionem.

*Pro Mil.*

Crebra crebris per antithetõ opponuntur.

*Li. 10. dec. 4.*

*Quin. li. 9. cap. 3.*

Veteres ex quatuor proximis figuris ſunt au-

prima

*prima ætate Iſocrates fuit. Delectatus eſt his etiã. Marc⁹ Tullius, verũ, & modũ adhibuit non ingratæ (niſi copia redundet) voluptati, & rẽ alioqui leuem, ſententiarũ pondere impleuit. Nam per ſe frigida, & inanis affectatio, cũ in acreis incidit ſenſus, innata videtur eſſe. nõ accerſita. Et quoniã contrapoſitum ſæpe fit aſſumpta pariter commutatione, de ea hoc loco dicamus.*

tupati gracia dicẽdi. Cicero optimè vſus eſt his figuris,

*COmmutatio eſt, cum duæ ſentẽtiæ inter ſe diſcrepãtes ita efferuntur, vt à priore poſterior contraria priori proficiſcatur: Non vt edam viuo, ſed vt viuã edo. Item, ſi poëma loquens pictura eſt, pictura tacitũ poëma debet eſſe. Et apud Ciceronẽ. Vt & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Hæc de verborũ figuris dicta ſint, in quibus illud notandũ eſt, multas earum cadere frequenter in eaſdem ſententias, idque cum magna venuſtate. Cicero: Si quantũ in agro lociſq; deſertis audacia poteſt, tantũ in foro ac iudicijs, impudentia valeret. Compar eſt, & ſimiliter cadens: Non minus nũc in cauſa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutij impudẽtiæ, quàm tunc in vi facienda ceßit audaciæ Compar ſimiliter cadẽs, ſimiliter diſinens. Accedit & ex illa figura gratia, qua mutatis caſibus verba repetũtur: Non minus cederet, quam ceßit,*

ἀντιμεταβολή vel μετάθεσις. Poema eſt loquens pictura. *Pro Cluẽt.* Multæ verborũ figuræ in eãdẽ ſentẽtiam ſæpe cadũt *Pro Cec.* Figura illa eſt traductio.

## Quid verborum figuræ orationi conferant, & quid in eis cauẽdũ ſit. Cap. XXIX.

Figuræ verborum immodice adhibēdæ nō ſunt.

Quin. li. 6. cap. 3.

Figuræ verborum nō ſint multæ nō iunctæ, non frequētes.

SI quis autem parce, & cum res poſcit, verborum figuris vtatur, iucundiorē faciet orationē. Qui verò immodicè & ſine iudicio eas adhibuerit, iſpam illam gratiam varietatis amittet. Danda igitur opera eſt, vt nec multæ ſint ſupra modum, nec eiuſdem generis, aut iunctæ, aut frequentes: quia ſatietas vt paucitate earum, ita varietate quòque vitatur. Quod de his verborum figuris, quæ nobiles ſunt, atq́ inſignes intelligēdū eſt, nō de illis quæ valde ſunt vſitatæ, ac vulgares, quæ etiam ſi ſunt crebriores, conſuetas aures minus feriunt. Ridiculum etiam eſt neglecto rerum pondere, & viribus ſententiarum, inania verba in hos modos deprauari. Cum enim figuræ ſint quaſi quidam geſtus orationis, eas ſine ſententia ſectari, tam eſt ridiculum, quàm quærere habitum, geſtumq́ ſine corpore. Non ſunt etiam nimis denſandæ. Sciendum verò imprimis, quid quiſq́ in orando poſtulet locus, quid perſona, quid tēpus. Maior enim pars harum figurarū poſita eſt in delectatione: vbi verò atrocitate, inuidia, miſeratine pugnandum eſt, quis feret cōtrapoſitis, & pariter cadentibus, & conſimilibus iraſcentem, flentem, rogantem; cum in his rebus cura verborū deroget affectibus fidem, & vbicūq́ ars oſtentatur, veritas abeſſe videatur.

Quid ſit ſēntentiarū figura.

Cic. 3 de Or. & in ora. Quin. li. 9. cap. 2. aut. ad Her. li. 4. Ruſinianus: Aquila & Rutilius.

## De figuris ſententiarum. Cap. XXX.

NVnc res ipſa monet, vt deinceps ad ſententiarum exornationes tranſeamus. Eſt autem ſententiarū

exor-

exornatio, quæ non in verbis, ſed in ipſis rebus quandã habet dignitatem. Atque ea de cauſa ſententiarum ornamenta maiora ſunt. Quo genere, quia præſtat omnibus Demoſthenes, idcirco à doctis oratorũ eſt princeps iudicatus. Schemata ea vocant Græci, quæ maximè ornent orationem, eáque, vt definitio demonſtrat, non tam in verbis pingendis pondus habent, quàm in illuminandis ſententijs. Nec aliud quicquam eſt dicere, niſi õnes aut certè pleraſq; aliqua ſpecie illuminare ſẽtẽtias.

Maiora ſũt ſentẽtiarũ ornamẽta quam verborum.

Demoſthenes cur oratorum princeps iudicetur.

INterrogatio figura eſt quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi: Quo vſq; tãdem abutêre Catilina patientia noſtra? &c, Patêre tua conſilia non ſentis? Et totus deniq; hic locus. Quãto enim magis ardet, quam ſi diceretur? Diu abuteris patiẽtia noſtra: &c, patent tua conſilia. Interrogamus etiam, quod negari non poßit. Cicero pro Cluentio: Dixit ne tãdem cauſam C. Fidiculanus falcula? Aut vbi reſpondendi difficilis eſt ratio, vt vulgo vti ſolemus: Quomodo? Qui fieri poteſt? aut inuidiæ aut miſerationis, vt Sinon apud Virgil.

ἐρώτησις Ora. 1.

Varijs de cauſis interrogatione, quæ ſentẽtiarum eſt figura, vtimur.

pro Cluen.

*Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt*
*Accipere?* Æneid. 2.

Conuenit etiam indignationi.

*Et quiſquam numen Iunonis adoret?* Aen. 1.

Et admirationi.

*Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames.* AEn. 3.

Eſt interim acrius imperandi genus.

AEn. 4. *Non arma expedient, totaq; ex vrbe ſequentur?*

*Et ipſi noſmet rogamus: Quale eſt illud Turni apud Virgilium:*

Æn. 7. *Quid agam? aut quæ iam ſatis ima dehiſcat*
*Terra mihi?*

*Reſponſio figura eſt cum aliud interroganti ad aliud, quia ſic vtilius ſit, occurritur, tum augendi criminis gratia: Vt teſtis in reum rogatus an à reo fuſtibus vapulaſſet? Et innocens, inquit: Tum declinandi, quod eſt frequentiſſimũ. Quæro an occideris hominem? reſpondetur latronem.*

αἰτιολογία *Subiectio eſt, cum orator vel interrogat ſe ipſum, & reſpondet ſibi: vel cum alium rogauerit, non expectat reſponſum, vt Cicero pro Ligario: Apud quẽ igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc ſciret, tamen me antequam vidit, reipublicæ reddidit. Et, domus tibi deerat? at habebas: pecunia ſuperabat? at egebas. Sunt autẽ interrogãdi, & reſpõdendi ſibi non ingratæ vices.*

Pro lig.

In Orat.

πρόληψις *Occupatio, quam Quintilianus Præſumptionem, Græci Prolepſin dicunt, eſt cum id quod obijci poteſt, occupamus. Huc pertinet illa Ciceronis præmunitio contra Quint. Cælium, quòd ad accuſandum deſcẽdat, qui ſemper defenderit. Verborum quoq; vis, ac proprietas confirmatur, vel præſumptione: Quanquam illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit, vel reprehenſione, quam alij correctionem appellant.*

In diuin.

Reprehenſio, quam alij correctionẽ vocant, eſt occupationis gen⁹ quoddam.

*Correctio eſt quæ tollit ſententiam aliquã, & eam alia,*

alia, quæ magis idonea videtur, emendat & corrigit. Cicero: Italiam ornare, quàm domum ſuam maluit: quanquam Italia ornata, domus ipſa mihi videtur ornatior: loquitur autem de L. Mummio. Eſt etiam correctio in verborum exornationibus, quæ tollit verbum, quod dictum eſt, & pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc modo: O virtutis comes inuidia, quæ bonos inſequeris, atq; adeò inſectaris. Et illud: Atque hæc ciues, ciues inquam, ſi hoc eos appellari nomine fas eſt, de patria ſua, & cogitant, & cogitauerunt. Præclarum illud Cic. in Verrem: Non enim furem, ſed raptorem: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum, religionumque: nō ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium, ſociorumq; in veſtrum iudicium adduximus. aut. ad Her. li. 4. Pro Mur. Act. 3.

DVbitatio eſt, cū quærimus vnde incipiendū, vbi deſinendum, quid potiſſimū dicendū, an omnino dicendū ſit. Cicero pro Cluentio: Equidē, quod ad me attinet, quò me vertā, neſcio. Negē fuiſſe infamiam, iudicij corrupti: & quæ ſequūtur. Eſt egregiū tum ſubiectionis, tum huius figuræ exēplū apud Liuiū in P. Scipionis ad milites concione: Apud vos quemadmodum loquar, nec conſilium, nec oratio ſuppeditat: quos ne quo nomine quidem appellare debeam, ſcio: ciues? qui à patria veſtra deſciuiſtis. An milites? qui imperium, auſpiciumq; abnuiſtis, ſacramenti religionem rupiſtis. Διαπόρησις. Pro cluēt. Li. 8. dec. 3

I 2 Hoſtes

*Hoſtes? corpora, ora, veſtitum, habitum ciuium agnoſco: facta, dicta, conſilia, animos hoſtium video.*

ἀνακοίνωσις,
Pro Rab.

*COmmunicatio non procul abeſt à dubitatione, cum aut ipſos aduerſarios conſulimus. Cicero: Tu deniq; Labiene quid faceres tali in re ac tempore? cum ignauiæ ratio te in fugam atq; in latebras impelleret, improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arceſſeret, conſules ad patriæ ſalutem, ac libertatem vocarēt, quam tādem autoritatem, quam vocem, cuius ſectam ſequi, cuius imperio parêre potiſsimū velles? Aut cum Iudicibus deliberamus, vt Cato, Si vos in eo loco eſſetis, quid aliud feciſſetis?*

προσωποποιΐα.

*PRoſopopœia eſt perſonarū ficta inductio, vel grauiſsimū lumen augendi. hac & aduerſariorum, & noſtros cum alijs, ſermones, & aliorum inter ſe credibiliter introducimus: & ſuadendo, obiurgando, quærēdo, laudando, miſerando perſonas idoneas damus. Quin mortuos excitare in hoc genere dicendi conceſſū eſt. Vrbes etiā, populiq; vocem accipiunt: in quibus hoc modo mollior fit figura: Et enim ſi mecū patria, quæ mihi vita mea multò eſt charior, ſi cūcta Italia, ſi omnis reſpub. ſic loqueretur; M. Tulli quid agis? & quæ ſequuntur. Sed magna quædam vis eloquentiæ deſideratur. Falſa enim & incredibilia natura neceſſe eſt, aut magis moueant, quia ſupra vera ſūt, aut pro vanis accipiātur, quia vera non ſunt. Formas quoq; fingimus ſæpe, vt famæ*

Vrbes etiā & populi vocē accipiunt per proſopopœiam,
Orat. 1. in Cat.
Magna vis eloquentię d̄ſideratur in hac figura
Formæ re-

Vir-

*Virgilius: ut voluptatis ac virtutis (quemadmodū à Xenophonte traditur) Prodicus, ut multarum aliarū rerum Ouidius.*

rū quæ corporis expertes ſunt per ꝓſopopœiam finguntur.

*APoſtrophe eſt auerſus à iudice ſermo: mirè autem valet, ſiue aduerſarios inuadimus: Quid enim Tubero, tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui ſenſus erat armorum tuorum? Quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Siue ad inuocationem aliquā conuertimur: Vos enim iam Albani tumuli atque Luci: Siue ad inuidioſam implorationem, O leges Porciæ, legeſque Semproniæ.*

Ænei. 4. υτομυμα ιομβ. ἀποστροφὴ Græ. auerſio Lat. Cicero Pro Lig. Pro Mil.

*HYpotypoſis, quàm illuſtrem explanationem Cicero appellat, eſt propoſita quædam forma rerū ita expreſſa verbis, ut cerni potius videatur, quàm audiri: vel, Eſt rerum quaſi gerātur, ſub aſpectū penè ſubiectio, ut actione in Verrem ſeptima: Ipſe inflammatus ſcelere, ac furore in forum venit, ardebant oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Nec ſolum quæ facta ſint, aut fiant, ſed etiam quæ futura ſint, aut futura fuerint dicendo exprimimus. Mirè tractat hæc Cicero pro Milone, Quæ facturus fuerit Clodius, ſi præturam inuaſiſſet. Hæc tranſlatio temporum, erit verecundior, ſi proponamus talia: Credite vos intueri: ut Cicero: Hæc, quæ non vidiſtis oculis animis cernere poteſtis.*

ὑποτύπωσις aut. ad Her. eſt demonſtratio. De orat. 3. Hypotypoſis res penè ſub aſpectū ſubijcit Cice. act. 7 in Ver.

*APoſiopeſis, quam Cicero reticentiam nonnulli*

ἀποσιώπησις De orat.

interruptionem appellant, & ipſa oſtendit affectus, vel iræ, vt Virg.

Aen. 1. Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.

Reticentia oſtendit affectus iræ, vel ſolicitudinis. Vel ſolicitudinis, & quaſi religionis: An huius ille legis, quam Clodius à ſe inuentam gloriatur, mentionẽ facere auſus eſſet, viuo Milone, ne dicã conſule? de noſtrum enim omnium, non audeo totum dicere.

Cicero Pro Mil.

ηθοποιΐα, vel. μίμησις Græ, aut ad Her. eſt effictio & notatio.

Orat. 2.

ETHopœia eſt imitatio vitæ, ac morum alienorũ, magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos vel maximè: ſæpe autẽ ad permouendos: Cicero contra Rullum: Ineunt tandem magiſtratus tribuni plebis, concio tandem expectata P. Rulli, quod & princeps erat Agrariæ legis, & truculẽtius ſe gerebat, quàm cæteri. Iam deſignatus alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido, capillatior quàm ante, barbaq; maiori, vt oculis & aſpectu denuntiare vim Tribunitiam, & minitari Reip. videretur.

ἔμφασις aut. ad Her eſt ſignificatio.

EMphaſis eſt cum ex aliquo dicto latẽs aliquid eruitur: vel, vt Cicero definit, quæ plus ad intelligendum, quàm dicitur, relinquit, Virgilius:

Æneid. li. 2. Demiſſum lapſi per funem.

Idem de Cyclope:

Æn. li. 3. Iacuitq; per antrum Immenſum.

Vbi prodigioſam illam corporis magnitudinem è loci ſpatio intelligimus.

*SVſtẽtatio eſt figura, qua diu ſuſpẽdũtur auditorũ animi, atq; aliquid deinde inexpectatũ ſubiũgitur, ut in Verrẽ Cicero: Quid deinde? quid cẽſetis? furtũ fortaſſe, aut prædã aliquã? Deinde cum diu ſuſpendiſset iudicũ animos ſubiecit, quod multo eſſet improbrius. Aliquando etiam cum expectationem alicuius rei grauiſſimæ orator concitauerit, ad aliquid, quod leue ſit, aut nullo modo criminoſum, deſcendit.*

ὑπομονὴ vel. παράδοξον. Act. 3.

*PRætermiſſio, uel præteritio eſt, cũ dicimus nos præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere id, quod tũc maximè dicimus, Cicero in Rullum: Non queror diminutionem uectigalium, non flagitium huius iacturæ atq; damni. Prætermitto illa, quæ nemo eſt, quin grauiſſimè, & veriſſimè conqueri poſsit, nos caput patrimonij publici, pulcherrimã populi Romani poſſeſſionem, ſubſidium annonæ, horreum belli, ſub ſigno clauſtriſque Reip. poſitum uectigal ſeruare non potuiſſe: eum deniq; nos agrũ P. Rullo conceſſiſſe, qui ager ipſe per ſeſe & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet: non dico hoc ſolum in Rep. uectigal eſſe, quod amiſſis alijs remaneat, intermiſſis nunquam quieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat, militem ſuſtentet, hoſtem non pertimeſcat: prætermitto omnem hanc orationem & concioni reſeruo. De periculo ſalutis, ac libertate loquor. Et in alia oratione. Omitto iuriſdictionẽ in libera ciuitate cõtra leges, ſenatuſq; cõſulta: cædes relinquo, libidines prætereo.*

παράλειψις, vel ἀπόφασις Græ. aut. ad Her. occupatio eſt Orat. 2.

De prou. conſ.

παῤῥησία Licencia eſt, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debet orator, tamen aliquid pro iure ſuo dicit, quod eos minimè offendat. Cicero pro Ligario: Vide, quàm non reformidem: vide, quanta lux liberalitatis, & ſapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur: quantũ potero voce contendã, vt hoc populus Romanus exaudiat. Suſcepto bello Cæſar, geſto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus ſum, quæ erant ſumpta contra te.

Pro lig.

Conceßio eſt, cũ aliquid etiam iniquũ videtur orator pati atq; cõcedere, vt quæ deinde dicturus eſt, grauiora videãtur. Cicero in Verrẽ. Leuia ſunt hæc in hoc reo crimina: metũ virgarum Nauarchus nobilißimæ ciuitatis pretio redemit: humanũ. Alius ne condemnaretur pecuniam dedit: vſitatum eſt. Non vult Pop. Rom. obſoletis criminibus accuſari Verrem: noua poſtulat, inaudita deſiderat: non de Prætore Siciliæ, ſed de crudelißimo tyranno fieri iudiciũ arbitratur. Interruptio eſt breuis declinatio à propoſito. Nam longior illa digreßio, quæ multis pars cauſæ videtur, inter figuras numeranda non eſt, Virg.

Act.

παρένθεσις

Vare tuum nomen (ſuperet modo Mantua nobis.
Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cygni.

Hæc breuior à re digreßio plurimis fit modis. Sed hoc exempli gratia ſufficiat.

Ironia

IRonia & à Quintiliano & à Cicerone inter ſentẽtiarum exornationes numeratur. Differt autẽ ab illa, quæ tropus eſt, quòd tropus breuior ſit & apertior. At in figura totius voluntatis fictio eſt. Cicero pro Ligario, Nouum crimẽ, C. Cæſar & ante hũc diem inauditũ propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuiſſe: idque C. Panſa præſtanti vir ingenio, fretus fortaſſe ea familiaritate, quæ eſt ei tecũ, auſus eſt confiteri. Itaq; quò me vertã, neſcio. Paratus enim veneram, cum tu id neq; per te ſcire, neq; audire aliunde potuiſſes, vt ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutem abuterer. εἰρωνεία. Pro Lig.

DIſtributio, quæ ad ſententiarũ exornationes pertinet, eſt, cũ aliquid in partes plures tribuitur, quarum vnicuiq; ratio deinde ſua ſubiungitur. vt, Alexãdro Macedoni neq; in deliberando conſilium, neque in præliando virtus, neq; in beneficio benignitas deerat. Nam quum aliqua res dubia accidiſſet, apparebat ſapiẽtiſſimus: quum autem confligendum eſſet cum hoſtibus, fortiſſimus: quum verò præmium dignis tribuẽdum, liberaliſſimus. μερισμός. Rutilius ex Ariſt.

PErmiſſio eſt, cũ alicui rei vehementer confidimus, & oſtendimus nos eam tradere atq; concedere alicuius voluntati, hoc modo: Sed ego iam iudices ſummũ ac legitimum meæ cauſæ ius omitto: vobis quod æquiſſimum videatur, vt conſtituatis, permitto. Non ἐπιτροπή.

enim

*enim vereor quin etiam ſi nouum ſit vobis inſtituendũ, libenter id quod poſtulo, propter utilitatem cõmunis cõſuetudinis ſequamini. Cicero in Catilinam, Quid expectas? proficiſcere, nimium iam diu te imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderat. Et in eadem oratione: Egredere cum importuna ſceleratorum manu: confer te ad Mãlium, cõcita perditos ciues, ſecerne te à bonis, infer patriæ bellum, exulta impio latrocinio.*

δέησις

*DEprecatio, quam vel obſecrationẽ, vel obteſtationem alij appellant, eſt cum opem alicuius imploramus. Cicero pro Deiotaro: Quamobrem hoc nos primum metu C. Cæſar per fidem, & conſtantiam, & clementiam tuam libera, ne reſidère in te ullam partem iracundiæ ſuſpicemur. Per dexteram te iſtam oro, quam Regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, iſtã, inquam, dexterã, non tam in bellis & in prælijs, quàm in promiſſis & fide firmiorem.*

ἀρεια.

*EXecratio eſt, quã malum alicui precamur. Cicero pro Deiotaro: Dij te perdant fugitiue, ita non modo nequam & improbus, ſed fatũ & amens es.*

ἐπιφώνημα,

*EPiphonema eſt rei narratæ vel probatæ ſumma acclamatio. Virgilius,*

*Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

AEn. 1.

*EXclamatio eſt quæ conficit ſignificationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis aut rei cuiuſpiam*

*iuſpiam compellationem: Cic. in Antonium: O miſerũ me, conſumptis enim lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Et in eundem. O ciuẽ natum Reip. memorẽ ſui nominis, imitatoremq́ maiorum: loquitur autem de D. Bruto. Et paulò poſt in eadem orat. O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatẽ. Idem cõtra Rullũ: O perturbatam rationem, ô libidinem refrenandam, ô conſilia diſſoluta atq́ perdita. Et in Catilinam. ô tempora, ô mores, Senatus hoc intelligit, Conſul videt, hic tamen viuit.* Phil. 2. Phil. 5.

*SVnt & illa iucunda, & ad cõmendationem cum varietate, tum etiam ipſa natura plurimum valent, quæ ſimplicem quandam & non præparatam oſtendũt orationem. Quæ quoniam nullum habent latino ſermone nomen, breuiter hoc loco explicabũtur. In primis quaſi pœnitentia ducti, vt Cicero pro Cælio. Sed quid ego ita grauem perſonam induxi? introduxerat autem Appium illum cœcum, qui pacem Pyrrhi quondam diremerat, cum muliere ſuæ familiæ parum pudica grauius expoſtulantem. Et quibus vtimur vulgo, Imprudẽs incidi. Vel cum quærimus, quid dicamus, Quid reliquũ eſt? &, Nunquid omiſi? Et cum aliqua velut ignoramus: Cicero in Verrem: Sed earum rerum artificem quem? quem nam? rectè admones. Polycletum eſſe dicebant. Et cum deponimus apud memoriam audi-*

toris aliqua, & repoſcimus quæ depoſuerimus. Hæc omnia dant orationi varios velut vultus. Gaudent enĩ res varietate: & ſicut oculi diuerſarum aſpectu rerum magis detinentur, ita ſemper animis præſtant aliquid, in quod ſe velut nouum conuertant.

HÆc de tropis & ornamentis cum verborum, tum ſentẽtiarũ dicta ſint, in quorũ numero, nominibus, vi & natura explicãda vſq; adeò diſſentiunt autores vel Græci vel Latini, vt nõ modò inter ſe diſſentiãt, ſed, quod maius eſt, Cicero qui vt ornatiſſimus in dicendo, ſic in præcipiendo fuit diligentiſſimus, ipſe ſibi diſcre-
Li.9. ca.3. pet. Nam vt Quintilianus animaduertit, multas figuras in tertio de Oratore libro poſuit, quas in Oratore poſtea ſcripto, quonian de illis mentionem non fecit, videtur repudiaſſe. Quaſdam poſuit inter verborũ exornationes, quæ ſententiarum ſunt lumina. Quædam ne figuræ quidem ſunt. Non tãmen eſt cur quiſquã vel illũ vel alios autores hac de cauſa temere reprehendat. Ea enim quæ de tropis & figuris præcipi poſſunt, valde mi, nuta ſunt & exilia: ideoq; nõ multũ intereſt, hoc ne, an illo modo ſentias. Quã ego cauſam fuiſſe puto, cur idem Cicero ſtrictim ſemper & curſim attigerit, & nullis nec dæfinitionibus explicatas, nec exẽplis illuſtratas quaſi per trãſennã oſtẽderit. Iã numerus illarũ nec fuit olim certus, nec verò vnquã eſſe poterit. Cuius rei duas ego reperio cauſas. Altera eſt, quòd nouæ figuræ Quint. etiam

Li.9. ca.3.

autore

*autore fieri adhuc & excogitari poſſunt. Altera, quòd tam verborum quàm ſententiarũ figuræ non in formas, quarum certus, ſed in partes & quaſi mẽbra, quorum infinitior eſt numerus, diſtribuuntur. Quod optimè vidit Cicero: in Topicis enim cum aliud diuiſionem aliud partitionem eſſe docuiſſet, dixiſſetq́ non eſſe vitioſum in partitione, ſi partem aliquam prætermittas, quod idem in diuiſione vitioſum eſt. Sic deinde cauſam eius rei addit. Formarum enim certus eſt numerus, quæ cuiq́ generi ſubijciantur: partium diſtributio ſæpe eſt infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio. Itaque in oratorijs artibus quæſtionis genere propoſito, quot eius formæ ſint, ſubiungitur abſolutè: at cum de ornamentis verborum ſententiarumque præcipitur, quæ vocantur σχήματα, non fit idem: Res enim eſt infinitior: hæc eſſe in cauſa puto vt omnis hæc de tropis & figuris diſputatio, non ſolum dubia & incerta, ſed controuerſa etiam plenaque diſſenſionis ſemper fuerit. In qua ego quod ſimillimum veri viſum eſt, ſum ſecutus.*

## De collocatione. Cap. XXXI.

*SEquitur collocatio, quæ erit optima, ſi vinctam orationẽ efficet, ſi cohærentem, ſi lenem, ſi æquabiliter fluentem. In ea neceſſaria ſunt ordo, & iunctura: primum igitur de ordine. Sed illud prius dicam, ſtudioſis dicendi imprimis eſſe neceſſaria, ea, quæ deinceps de ordine iuncturaq́ tradẽtur. Valde enim conducunt ad formãdum* Cice. 3. de Orat.

ſtylum

ſtylum, qui dicendi perfector eſt, & magiſter.

## De ordine. Cap. XXXII.

Quin. li. 9. cap. 4.

Oratio nõ debet decreſcere.

Phil. 2.

ORdinis obſeruatio eſt in verbis ſingulis & cõtextis: in ſingulis cauẽdum eſt ne decreſcat oratio, & fortiori ſubiungatur aliquid infirmius, vt ſacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri enim debent ſententiæ & inſurgere, vt optimè Cicero, Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate: aliud enim alio maius ſuperuenit: At ſi cœpiſſet à toto corpore, non bene ad latera, fauceſq́; deſcenderet. Eſt & alius naturalis ordo, vt diem ac noctem, ortũ & occaſum dicas, potius quàm retrorſum. Quædam ordine permutato fiunt ſuperuacua, vt fratres gemini: nam ſi præceſſerint gemini, fratres addere non eſt neceſſe. Verbo ſenſum claudere, ſi compoſitio patiatur, longè optimũ eſt. Cicero in Verrem: Itaque ille M. Cato ſapiens, cellã penariam Reip. noſtræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. At ſi id aſperũ erit, decori potius orationis erit conſulendum, vt fit apud ſummos Græcos Latinoſq́; oratores frequentiſſime: Cicero in actione eadẽ: Nam cum omniũ ſociorum: prouinciarum rationem diligenter habere debetis, tum præcipuè Siciliæ, Iudices, plurimis, iuſtiſſimiſq́; de cauſis. In oratione non ſunt ad pedes verba dimenſa, vt in carmine, ideoq́; ex loco trãſferuntur in locum, quo maximè congruunt, ſicut

Verbo ſenſum claudere optimũ eſt.

Act. 4.

In oratione nõ ſunt ad pedes verba dimenſa.

*in rudium ſtructura ſaxorum fieri conſueuit.*

## De iunctura. Cap. XXXIII.

*IVnctura verò vt concinna, & elegans ſit aſſequamur, ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita iungemus, vt ne ve aſperè concurrant, ne ve vaſtius diducantur. Aſperum concurſum efficiunt conſonantes illæ, quæ ſunt aſperiores, vt, S. vltima cũ X. proxima, vt exercitus Xerxis: quarum triſtior, etiã ſi bina collidãtur, ſtridor eſt: vt, Ars ſtudiorum, Rex Xerxes. Hiulcam verò reddit orationem vocalium concurſus. Peßimè longæ quæ eaſdem inter ſe literas committunt, ſonabunt, vt, Viro optimo obtemperare. Præcipuus tamẽ erit hiatus earum, quæ cauo, aut patulo maximè ore proferuntur, vt, Senſu humanitatis. E, plenior litera eſt, I, anguſtior: ideoq; obſcurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breues ſubijciet: & adhuc, qui præponet longæ breuem: non tamen id, vt crimen ingens expaueſcendum eſt. In quo neſcias negligentia ne an ſolicitudo ſit peior. Neceſſe enim eſt, vt hic metus impetum dicendi retardet, & ab his, quæ potiora ſunt, auertat. Quare vt negligentis eſt oratoris hiulca ſubinde oratione vti: ita humilis eſt animi, atq; mißi vbiq; hoc perhorreſcere. In quo meritò quidam Iſocratem, & eius diſcipulos, atq; præcipuè Theopompum reprehendunt, quod eas literas tantopere fugerint.*

*At*

De orat. 3.

Quæ cõſonãtes aſperum cõcurſum efficiant.

*Quint. lib. 9. cap. 4.*

Quæ vocales peſsimè cõcurrant.

Concurſus vocaliũ nõ eſt nimis timidè vitãdus.

Iſocrates & eius diſcipuli reprehendũtur, quòd tantopere vocaliũ cõcurſum fugerint.

In orat. In apologia Socratis. Qin. li. 9 cap. 4. Hiulca nõ nunquam decent. In orat. Pro M. Mar.

*At Plato in populari etiã oratione crebram habet vocalium concurſionem. Cicero certè & Demoſthenes modicè reſpexerunt ad hanc partem. Nam hiulca nonnũquam etiam decent, faciuntq́; ampliora quædam. Habet enim ille tanquam hiatus & concurſus vocalium molle quiddam, quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quàm de verbis laborantis. Itaq; ille in oratione pro Marcello ſic ait: Dolebam enim P.C. ac vehementer angebar, cum viderem virum talem, qui in eadem cauſa, in qua ego, fuiſſet, non in eadem eſſe fortuna, nec mihi perſuadere poteram, nec fas eſſe ducebam, verſari me in veſtro veteri curriculo, illo æmulo atq; imitatore ſtudiorum, ac laborum meorum, quaſi quodã ſocio à me & comite diſtracto. Vnde apertè intelligim° crebram & nimiam vocalium concurſionem eſſe quidẽ vitandam, modicam verò & quæ in loco fit, non eſſe reprehendendam. Videndum etiam eſt, ne ſyllabæ verbi prioris vltimæ, ſint primæ ſequẽtis, quod Ciceroni in epiſtolis excidit: Res mihi inuiſæ, viſæ ſunt Brute. Et in carmine: O fortunatã natam me cõſule Romam. Etiã monoſyllaba, ſi multa ſint, male cõtinuabuntur. Breuiũ præterea verborum ac nominum vitanda continuatio eſt, ne compoſitio minuta ſit atque conciſa. Et ex diuerſo, longòrum, afferunt enim tarditatem. Illa quoq; vitia ſunt, ſi cadentia ſimiliter & ſimiliter deſinentia, & eodem modo declinata multa coniungantur. Nec verba*

Syllabæ verbiprioris vltimæ nõ ſint primæ verbi ſequentis. Quin. l.9. cap. 4. Monoſyllaba multa nõ ſunt cõtinuanda. Verborum breuium & longorum vitanda eſt cõtinuatio. Nec verba

qui-

*quidem verbis, aut nomina nominibus, ſimiliáq; his cõtinuari debent. Cum virtutes etiam ipſæ tædium pariant, niſi gratia varietatis adiutæ. Illud poſtremò addamus, hãc orationis quaſi ſtructuram, quæ ordine, iũctuÿráq; conſtat, maximã quidẽ deſiderare diligentiam, ea lege tamen ne fiat operoſè. Nam eſſet cum infinitus, tũ puerilis labor. Stylus enim exercitatus efficit facilẽ hãc viam componendi. Nam vt in legendo oculus, ſic animus in dicendo proſpiciet, quid ſequatur: ne inconditis verbis, & malè coagmentatis offendantur aures, quarum eſt iudicium ſuperbiſsimum.*

Nec verba verbis, nec nomina nominibus cõtinuari debent.

Cic. in ora

Auriũ iudicium eſt ſuperbiſsimũ.

## De modo & forma verborum. Caput. XXXIIII.

*NOn eſt ex multis res vna, quæ magis oratorem ab imperito dicẽdi ignaróq; diſtinguat, quàm quod ille rudis incondité fũdit, quantũ poteſt, & id, quod dicit, ſpiritu non arte determinat. Orator autẽ ſic illigat ſententiam verbis, vt nihil inane, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil in oratione ſit redũdans. Hoc oratorio fit numero, qui aptam & concinnam, & ſuauem efficit orationem. Breuiter igitur origo, deinde cauſa, pòſt natura, tum ad extremum vſus ipſe explicetur orationis aptæ, ac numeroſæ.*

*Ariſt. l. 3. Rheto. c. 8, De orat. 3. in part. Quin. li. 9. cap. 4.*

Oratorij numeri vtilitates.

## De origine orationis numeroſę. Cap. XXXV.

*PRinceps inueniendi aptam verborũ, & numeroſam concluſionem fuit Thraſymachus: cuius omnia*

Thraſymachꝰ numerſę orationis inuẽtor fuit, Quẽ ponit

K nimis

Quintil. inter ſcriptores artis Rhet. li. 9. cap. 1. Ari. 3. Rhe. cap. 8. In orat. Quin. li. 9. cap. 4.

*nimis etiam erant ſcripta numeroſè. Iſocrates autem ita ſcienter moderateque rem totam temperauit, ut multi exiſtimarint illum huius concinnitatis autorē & principem extitiſſe. Vbi verò hæc formandæ orationis ratio cognita, & inuenta eſt, ſic omnibus placuit oratoribus, ut Ariſtoteles, quo nemo nec doctior, nec acutior, nec in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior vnquam fuit, verſum in oratione vete eſſe, numerū iubeat. Eius auditor Theodectes in primis, ut Ariſtoteles ſæpe ſignificat, politus ſcriptor, atq; artifex, hoc idem & ſentit & præcipit. Theophraſtus verò iiſdē de rebus etiam accuratius. Romani Ciceronis ferè tēpore agnouerunt, cum iam anni propè quadringenti eſſent apud Græcos, cum hoc probaretur. Vſque adeò autem hanc orationis conformandæ rationem ipſe Cicero probauit, ut non ſolū eius hoc modo faciendæ & ornandæ ſummus ipſe artifex fuerit, ſed diligentiſſimè etiam de tota ea re præceperit.*

Aristo. verſum in oratione vetat eſſe, numerum iubet.

Ciceronis tēpore agnouerunt Romani orationis numerum, annis quadringentis post Græcos.

## Cur numeroſa oratio inuenta ſit.

## Cap. XXXVI.

*QVoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes autoreſque quos diximus, & origo inuenta eſt, cauſa quæratur, quæ facilis, & aperta eſt. Aures enī vel animus potius aurium nuncio naturalē quandam in ſe cōtinet vocū omnium menſionem. Itaq; & longiora & breuiora iudicat, & perfecta ac moderata ſemper expectat, mutilia ſētit quædā & quaſi decurtata, quibus*

Animus naturalē quādam continet in ſevo cum omnium menſionem.

bus

*bus tanquam debito fraudetur, offenditur, productiora alia & quaſi immoderatius excurrētia: quæ magis etiā aſpernantur aures. Cū igitur fortuitò ſæpe, vt fit, aliquid concluſe apteq́ initio diceretur, animos hominū aureſq́ pellebat, vt intelligi poſſet id, quod caſus effudiſſet, cecidiſſe iucundè: tunc notatum genus eſt. Notatio autē & animaduerſio peperit artem. Itaque vt poëtica & verſus inuentus eſt terminatione auriū, obſeruatione prudētium: ſic in oratione animaduerſum eſt multò illud quidē ſerius ſed eadem natura admonente, eſſe quoſdam certos curſus cōcluſioneſq́ verborū. Itaq́ cū ea, quæ aptè, concluſeq́ dicerentur, magnopere auditores tenerent, ob eam cauſā aptè numeroſeque dicendi præcepta quoq́ ſūt inuēta. De quorū natura vt diſſerere poſſimus, neceſſe eſt vt de inciſis membris & periodo prius dicamus.*

Notatio & animaduerſio peperit artē numeroſæ orationis.

## ¶ De inciſis mēbris, & periodis. Cap. XXXVII.

I*Nciſum eſt ſenſus non expleto numero concluſus: pleriſq́ pars mēbri. Tale eſt quo Cicero vtitur, Domus tibi deerat? at habebas: Pecunia ſuperabat? at egebas: vbi inciſa ſunt quatuor. Fiunt & ſingulis verbis inciſa, vt, Diximus, teſtes dare volumus. Inciſum eſt, diximus. Mēbrū autē eſt ſenſus numeris cōcluſus, ſed à toto corpore abruptus, & per ſe nihil efficiēs, vt, O callidos homines! O rē excogitatā! o ingenia metuenda! quē quæſo noſtrum fefellit, id vos ita eſſe facturos. O callidos*

Inciſa Græ. κόμματα membra. κῶλα vocant.

Quid ſit inciſum.

Ari. 3. Rhe ca. 9. Cic. de Orat. Quin. l. 9. cap. 4.

Quid membrun ſit.

In Corn. 2. quæ nō extat.

homines? perfectum eſt, at remotum à cæteris vim non habet, vt per ſe manus, & pes, & caput: & ô rem excogitatam: ô ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus eſſe? cũ venit extrema cõcluſio: Quẽ quæſo noſtrũ fefellit, id vos ita eße facturos? Periodum Cicero tũ ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circum ſcriptionem dicit. Cum tẽperetur autem membris omnis paulò longior circuitus, tamen aliud eſt cæſim & membratim, aliud circũſcriptè dicere. Circunſcriptio enim eſt, cum ab initio ad finem vſq; quaſi in orbem incluſa fertur oratio, donec conſiſtat in ſingulis perfectis abſolutisq; ſententijs. Cicero pro leg. Man. Quanquam mihi ſemper frequens cõſpectus veſter multò iucundißimus, hic autem locus ad agendum amplißimus, ad dicendum ornatißimus eſt viſus, Quirites, tamen hoc aditu laudis, qui optimo cuiq; ſemper maxime patuit, non mea me voluntas, ſed vitæ meæ rationes ab ineunte ætate ſußeptæ prohibuerunt. Membratim verò dicimus, cum in ſingulis membris liberior inſiſtit oratio. Cicero pro Milone: Itaq; quando illius poſtea ſica illa, quam à Catilina acceperat, cõquieuit? Hæc intentata nobis eſt: huic ego vos obijci pro me non ſum paßus: hæc inſidiata Pompeio eſt: Hæc iſtam Appiam viam monumentum ſui nominis nece Papirij cruentauit. Inciſim verò dicimus, cum in ſingulis inciſis inſiſtit oratio. Cicero in Catilinam, Tenentur literæ, ſigna, manus,

Periodum multis nominibus appellat Cic. In orat.

Ariſ 3. rhe. Cap. 4.

Ci. in ora.

Cice pro. Man.

Quid ſit mebratim dicere.

Cicer. pro Mil.

Quid ſit inciſim dicere.

Ci. in Cat. 4. Ora.

nus, denique vniuſcuiuſque confeßio. Quomodo autẽ cũ in inciſis & mẽbris, tum incircuitu numerus ſit adhibendus, paulò pòſt dicetur. Sed quia nullus extra poëticos numerus eſſe poteſt, pedes, quib⁹ & poëma fit, & oratio numeroſa tẽperatur, ponam⁹; mox enim intelligetur ĩter uerſũ, et orationẽ numeroſã permagnũ eſſe diſcrimẽ.

Eiſdem pedibus pœma & oratio numeroſa tempe rantur.

## De pedibus. Cap. XXXVIII.

PEdes, qui duas habent ſyllabas, numero ſunt quatuor, Spõdæus. Pyrrhichius Choreus, & Iambus. Spõdæus eſt è longis duabus, vt, dĩcũnt, mõrẽs: illi cõtrarius iſt Pyrrichius, vt, nŏuŭs, tŭlĭt, Choreus eſt è lõga & breui, vt, ſcrinbint, ſẽmpĕr. Huic Iãbus eſt cõtrarius, vt, lĕgũnt, rĕõs. Triũ verò ſyllabarũ pedes ſunt octo, Moloßus ex tribus longis, vt, dĩcẽndi, cõnſẽruãnt, Trochæus, quem Tribrachym alij appellant, è tribus breuibus, vt, făcĭmŭs. Dactylus ex longa & duabus breuibus, vt, lĩttŏră. Anapeſtus ex duabus breuibus & lõga vt, pĭĕtãs pĕrăgũnt. Bacchius ex breui & duabus longis, vt, ămã-rẽs. Antibacchius ex duabus longis & breui, vt, ãudĩßĕ. Creticus, quem alij Amphimacrum vocant, ex lõga, breui, & lõga, vt, põßĭdẽnt: Amphibrachys ex breui, lõga, & breui: vt, pĕtẽbăt. Cicero ex alijs pedibus tres tantum ponit, nec tamen ipſe dißimulat: quibuſdã numeros videri, non pedes: nec inmeritò (quicquid enim ſupra tres ſyllabas habet, id ex pluribus eſt pedibus) Pœonas duos, & Dochimũ, quibus & nos erimus contẽti

Duarum ſyllabarũ pedes ſunt quatuor. Quin. li. 9 cap. 4.

Trium ſyllabarũ pedes ſunt octo.

In orat.

Quic quid ſupra tres ſyllabas habet, id ex plurib⁹ eſt pedibus.

Eſt igitur Pœon primus ex lõga & tribus breuibus, vt ãſpĭcĭtē. Pœon vltimus ex tribus breuibus & longa, vt, făcĭlĭtās. Dochimus vero ex Bacchio conſtat, & Iambo, vt, perhorreſcerent.

## De numero oratorio. Cap. XXXIX.

Ari. 3. rhe. ca. 8. Cic. In orat. Quin. l. 9. cap. 4.

Numerus oratorius Græ. eſt ῥυθμός,

Rhythmi cõſtāt ſpatio temporum, pedes etiã ordine.

Nullus eſt numer⁹ qui nõ aliquo loco ĩ oratione adhibeatur.

In Orat.

Multũ intereſt inter poema & orationẽ numeroſam.

QVid interſit inter oratirium numerum atque poëticum, itemq́ inter orationem & poëma diligenter nũnc attendendum eſt. Numerum oratorium Græci Rhythmum, poëticum Metrũ vocant. Quod etiã ſi conſtat vtrumq́ pedibus, habet tamen non ſimplicem differentiam. Nam Rhythmi ſpatio temporum cõſtãt, pedes etiam ordine. In Rhythmo.n.nihil refert Dactylus ne ſit an Anapeſtus, cum eodem temporum ſpatio vterq́ cõſtet, in verſu pro Dactylo poni nõ poteſt Anapeſtus. Eſt & illud diſcrimen, quòd metri ſemper idẽ eſt curſus, vt in Heroico carmine, Dactyli, & ſpõdæi. In oratione alius atque alius numerus eſt adhibẽdus, ita vt nullus ſit, qui non aliquo loco adhiberi poſsit. Ex his facile eſt intelligere, quàm multum inter orationem numeroſam, & poëma interſit. Verſus certis legibus aſtrictus eſt, vt nihil fiat extra præſcriptum: at in oratione nihil eſt certum, niſi vt aptè verbis comprehendatur ſententia. Itaque omnis, ne claudicans, nec quaſi fluctuans, & æqualiter, conſtanterq́ ingrediens numeroſa habetur oratio. Atque id in dicendo numeroſum putatur: non quod conſtat totum è numeris, ſed quod ad numeros proximè

ximè accedit. Quò etiã difficili⁹ eſt oratione vti, quàm verſibus, quòd in illis certa quædam, & definita lex eſt, quam ſequi ſit neceſſe: in dicendo autem nihil eſt propoſitum, niſi aut ne immoderata, aut anguſta, aut diſſoluta, aut fluẽs ſit oratio. In quo illud eſt vel maximũ, quòd verſus in oratione ſi efficitur coniũctione verborũ, vitiũ eſt, & quidẽ graue, ac lõga animi prouiſione fugiendũ, & tamen eam coniũctionẽ ſicuti verſum numeroſè cadere, & quadrare, & perficere volumus. Quod quomodo faciendum ſit, deinceps explicemus,

Difficilius eſt oratione numeroſa vti quã verſu.

Verſus in oratione ſi efficitur, vitiũ eſt.

## In qua parte ambitus debeat in eſſe numerus. Capit. XL.

EST igitur intelligẽdũ in toto verborũ ambitu numeros tenendos eſſe: Fallũtur enim qui cẽſent cadere tãtũ numeroſè oportere, terminariq́; ſentẽtiam. Et ſi enim id maximè decet, quoniã aures ſemper extremũ expectãt, in eoq́; acquieſcunt: ad hunc exitũ tamẽ à principio ferri debet verborum illa comprehenſio, & tota à capite ita fluere: vt ad extremũ veniẽs ipſa cõſiſtat. Cum autẽ omnes in oratione ſint quaſi permiſti, & cõfuſi pedes, nec enim effugere poſſet orator animaduerſionẽ, ſi ſẽper eiſdẽ vteretur: qui numeri & ad principium, & ad medium, & ad extremum periodi ſint magis accõmodati, explicandum eſt.

Ari.3.rhe. cap.9. Ci. in orat. Quin.li 9. cap.4.

Tota periodus numeroſa eſſe debet.

## De initio periodi. Capit. XLI.

CLauſulas diligẽtius, quàm cætera omnia, ſeruãdas

Clauſulæ maximè cōcinnitatem deſiderant Ariſ.3.rhe. Cap. 8. Ci. in ord. Quin.li.9. Cap. 4.

eßſe, inter omnes cōuenit, quòd in his maximè perfectio, atq; abſolutio iudicatur. Proximam autem clauſulis diligentiam initia poſtulant. Nam & ad hæc intētus eſt auditor. Optimè hæc naſcūtur à proceris numeris, ac liberis, maximè Dactylo, quē Herōu vocat Ariſtoteles, & Pæone priore, quem idē autor vt optimum probat. Cicero molliſsimum quidem numerum, eundemq; ampliſsimum eſſe fatetur, ſed Creticum anteponit. Anapæſtus etiam qui Dactylo eſt ſpatio par, ordine contrarius, rectè orationem incipit: Cicero pro lege Manilia, Quanquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter. Exorſus eſt à ſpondæo, Anapeſto & Cretico: Et in eadem oratione: Teſtis eſt Italia: à Cretico. &, Ita tantum bellū: ab Anapæſto & ſpondæo, &, Qui Siciliam adijt: à Pæone priore. Initia verſuum initijs rationis non conueniunt, et ſi Titus Liuius hexametri exordio cœpit: Facturus ne operæprecium ſim. Dochimus quouis loco apt⁹ eſt, dum ſemel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum & nimis inſignem facit: Cicero de lege Agraria, Eſt illud ampliſsimum quod paulò ante cōmemoraui, Quirites. Vbi à ſpondæo & Dochimo ducitur initium.

Proximam clauſulis diligētiam initia poſtulant.

Rhe.3.ca.8 Ci. in ord. Pro Leg. Ma.

Liuius hexametri exordio cœpit.

Dochimus ſemel poſitus quouis loco aptus de leg. Ag.

## Define periodi. Cap. XLII.

Qui pedes in extremo circuitu ſit ſeruandi.

Cic. in ora Quin.li.9. cap. 4.

IN extremo autē circuitu duo, aut tres ſunt ferè ſeruādi, & notandi pedes: quos aut Choreos, aut ſpondeos, aut alternos eßſe oportebit. Aſia geminatū Choreum, qui di-

dichoreus vocatur, maximè ſecuta eſt. Cadit autem ille præclarè: ſed in orationis numero nihil eſt tam vitioſum quàm ſi ſemper eſt idē. Spōdeus eſt in clauſulis firmus, & ſtabilis, quo plurimum eſt vſus Demòſthénes. Pæona alterū orationi cadenti aptiſsimum putat Ariſtoteles, quē Cicero non reijcit, ſed aptiorem eo loco iudicat Creticum. Qui ſiue geminetur, ſiue ſpondæū præcedat, multum decoris habet in clauſulis, Cicero pro Mar: Priſtino more dicendi, Creticus eſt geminatus, & ſpondeus, & cōſeruatā ac reſtitutā puto: ſpondeus, & duo Cretici. Et, Nec vlla vnquā ætas de tuis laudibus cōticeſcet. Duo Cretici & dichoreus. Nihil habet nec fortuna tua maius, quàm vt poßis: nec natura tua melius, quàm vt velis cōſeruare quamplurimos. Duo itē Cretici. Optimè etiā eſt ſibi iunctus Anapæſtus. Nam vbi libido dominatur, innocētiæ leue præſidiū eſt: Nā ſynalœphe facit, vt vltimæ ſyllabæ pro vna ſonent. Eſt & Dochimus ſtabilis in clauſulis, & ſeuerus. Cicero in Antoniū; Te miror Antoni quorū facta imitére, eorū exitus non perhorreſce. Sed tuas Cn. Pompei, (te enim iam appello ea voce, vt me audire poßis) tuas inquā ſuſpitiones perhorreſcimus. Quia poſtrema ſyllaba breuis an longa ſit, ne in verſu quidem refert. Multæ ſunt aliæ clauſulæ, quæ numeroſè, & iucūdè cadunt, quas diligētiſsimè oſtendit Quintilianus. Etiam intelligēdum eſt clauſulas verſuū nō cōuenire clauſulis orationis, quod Bruto excidit:

Nihil tam vitioſum eſt in orationis numero, quā ſi ſemper eſt idem.

Ariſt. pæona vltimū aptiſsimū iudicat in clauſulis.

Pro Lig.

Optimè ſibi iūgitur creticus in clauſulis.

Dochimus in clauſulis ſtabilis eſt, & ſeuerus.

Phil. 2.

Pro Mil.

Li. 9. ca. 4.

Clauſulæ verſuū nō conueniūt clauſulis orationis.

Quanquam ſciā placuiſſe Catoni; & vitandū eſſe nè pluriū ſyllabarū verbis vtamur ſæpe in fine, quod etiā in carminibus eſt permolle. Nō deſunt enim qui Ciceronē vituperēt in his: Familiaris cœperat eſſe balneatori. Et pro Celio; Non minus dura Archipiratæ. Nec illud quidē prætereundū eſt, clauſulas maximè apparere, & intelligi, quòd aures continuam vocem ſecutæ, ductæq́ velut prono decurrentis orationis flumine, tū magis iudicent, cum ille impetus ſtetit, & intuendi tēpus dedit. Variandæ ſūt igitur, nec aut animorū iudicio repudientur, aut aurium ſatietate. Hoc viciſsitudines numerorū efficient, qui præſtabunt, vt neq́ ij ſatientur, qui audient, faſtidio ſimilitudinis, nec orator id, quod faciet, opera dedita facere videatur.

Phil. 3.

Cur clauſulæ ſint variādæ.

## De media periodo. Cap. XLIII.

Cum verborū cōprehēſio à principio ferri debeat, & tota à capite ita fluere, vt ad extremū veniēs ipſa conſiſtat, dicendū eſt nunc, qui maximè cadant in orationem aptam numeri: Et Ariſtoteles quidē ſpondeū numerum grandiorē iudicat, quàm deſideret ſoluta oratio: Iābum autem nimis è vulgari eſſe ſermone. Ita neq́ humilem, & abiectam orationē, nec nimis altam & exaggeratam probat, plenam tamé eam vult eſſe grauitatis, vt eos, qui audient, ad maiorem admirationē poſsit traducere. Trochæum autem, quē alij Tribachyn appellāt

in Orat. Quin. li. 9. cap. 4.

Quos numeros ab oratione ſegreget, quos maximè ꝓbet Ariſt.

Li. 3. rhet. cap. 8.

appellant, ab oratione ſegregat, quia contractio, & breuitas dignitatem non habent. Ita pœona probat, quem orationi vel orienti, vel mediæ, vel cadenti aptiſſimũ iudicat. Cicero autem ſentit omnes in oratione eſſe permiſtos, & quaſi confuſos pedes. Nec enim effugere poſſet animaduerſionem orator, ſi ſemper iiſdem vteretur. Cum igitur (vt ſuprà etiam dictum eſt) permiſta, & temperata numeris, nec diſſoluta, nec tota numeroſa oratio eſſe debeat, Pœone maximè, quoniam optimus autor ita cenſet, ſed etiã reliquis numeris, quos ille præterit, temperanda eſt. In his quæ demiſſo atq; humili ſermone dicẽtur Iambus erit frequentiſſimus, Pœon in amplioribus, in vtroq; Dactylus. Ita varia, & perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi, & tẽperandi: ſic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria. Nec verò nimius is curſus numerorum eſſe debet, id enim in dicendo numeroſum putatur, non quod totum cõſtatè numeris, ſed quod ad numeros proximè accedit. Nullus enim pes eſt qui nõ aliquãdo veniat in orationem. Miſcendi ergo ſũt, curãdũq;, vt ſint plures, qui placeant, & circunfuſi bonis deteriores lateãt. Dochimus quouis loco eſt aptus, dũmodo non iteretur. Plurimũ etiam venuſtatis habet Creticus, Cicero pro Mar. Nullius eſt tantum flumen ingenij, nulla dicẽdi, aut ſcribẽdi tãta vis tãtaq; copia, quæ nõ dicã exornare, ſed enarrare C. Cæſ. res tuas geſtas poſſit: tamẽ

Cice. ſentit omnes in orationeeſſe permiſtos numeros.

In humili oratione iãbus in ampliori Pœõ, in vtraque dactyl⁹ eſt frequentiſſimus.

Dochimus quouis loco aptus, dũmodo non iteretur.

Pro Mar.

*hoc affirmo, & hoc pace dicã tua, nullã in his laudẽ eſſe ampliorem, quàm eam, quã hodierno die cõſecutus es: in hac periodo ſunt quidẽ alij pedes, ſed qui eam iucundiſſimam efficiũt, ſunt Cretici, Dochimus, Pæon, Dactyli, et ſpondei.*

## De his quæ ſuapte natura numeroſa ſunt. Cap. XLIIII.

Cum paria paribus referũtur, aut caſus in exitu ſũt ſimiles, oratio ſua ſponte numeroſa efficitur. Ari.3. Rhe c.9. in ora Quin.li.9. cap.4. Pro Mil. Cum cõtraria referuntur, numerus ſponte ſequitur. Act.4. in Ver.

*ALiquando ſuapte natura numeroſa ſunt, quæ dicuntur, etiã ſi nihil factũ eſt de induſtria. Cũ enim ſũt caſus in exitu ſimiles, aut paribus paria referuntur, quaſi ſua ſpõte cõcinnitatẽ habet oratio, ut in illo Ciceronis pro Milone; Eſt enim. Iudices hæc nõ ſcripta, ſed nata lex, quam non dicimus, accepimus, legim⁹, uerũ ex natura ipſa arripuimus, expreſſimus, hauſimus: ad quã non docti, ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus. Hæc enim talia ſunt, ut quia referuntur ad ea, ad quæ debent referri, intelligamus non quæſitũ eſſe numerum, ſed ſecutum. Quod fit item referendis contrarijs. In hoc genere Cicero frequẽs eſt, ut illa ſunt in quarto accuſationis: Conferte hàc pacem cum illo bello: huius Prætoris aduentum cum illius Imperatoris uictoria: huius cohortẽ impurã, cũ illius exercitu inuicto: huius libidines cũ illius còntinẽtia: ab illo, qui cepit cõditas, ab hoc qui cõſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas, quæ ſũt uenuſtiſſima Sẽper enĩ hæc, quæ à Græcis antitheta nominari ſupra dixim⁹, cũ de figuris agerem⁹, numerũ*

*ora-*

*oratorium neceßitate ipſa efficiunt, & eum ſine induſtria.*

## Quæ vitia ſint vitanda in oratione numeroſa, Cap. XLV.

*HÆc tamen vitia in tota hac re diligentißime ſunt vitanda; imprimis ne apertè verba traijciantur, quo melius aut cadat, aut voluatur oratio: deinde ne inania quædã verba, quaſi cõplementa numerorũ inculcentur: tertio ne minutis concidatur, infringaturq́ſententia. Sed verba iam probata & electa cõcinnè coagmẽtẽtur. Nã vel dura inter ſe cõmiſta potiora ſũt inutilibus. Multa ſunt autẽ, quæ ijs vitijs declinatis, numeroſè cõponẽdi laborẽ minuãt. Sũt enim multæ figuræ, quibus & caſus, & numeri poßint variari. Sũt multa etiã quæ idem valent atq; ſignificãt, ex quibus exercitati facilè illud eligunt, quod inſtitutæ verborũ comprehenſioni maximè quadrat.*

Quæ vitia vitãda ſint in hac re. *Quin. l. 9. cap. 4.*

Multa minuent laborem cõponẽdi numeroſè.

## De magnitudine ambitus. Cap. XLVI.

*HAbet autẽ periodus mẽbra minimũ duo, ſæpè etiã & tria: Cicero pro lege Man. Nã cũ antea per ætatẽ nondũ huius autoritatem loci contingere auderem, ſtatueremq́; nihil huc, niſi perfectũ ingenio, elaboratum induſtria afferri oportere: omne meũ tempus amicorũ tẽporibus tranſmittendũ putaui. Cicero eum ambitum mediocritatẽ habere ait, qui quatuor ferè membris cõſtat: Nam & aures implet, & nec breuior eſt, quàm ſatis ſit, nec*

Period⁹ habet mẽbra minimum duo, ſæpè tria. *Ci. in ora. Quin. li. 9. Cap. 4.*

Ambitus mediocris quatuor ferè mẽbris cõſtat.

nec longior. Vult autē, ut è quatuor, quaſi hexametrorum verſuũ inſtar quod ſit, conſtet ferè plena comprehēſio: Eius generis eſt illud pro Milone; Ego cum tribunus plebis Republica oppreſſa me ſanatui dediſſem, quē extinctum acceperam: equitibus Romanis, quorũ vires erãt debiles: bonis viris, qui omnen autoritatē Clodianis armis abiecerant: mihi unquã bonorũ præſidium defuturum putarem? Debet autem periodus ſenſum concludere: ſit etiam aperta, ut intelligi poßit, & non immodica, ut memoria contineri poßit.

Pro Mil.

Quid præſtare debeat period⁹. Quin. li. 9. cap. 4.

## De numero, qui eſt in mēbris, & cuiuſmodi ea eſſe debeant. Cap. XLVII.

QVid ſit membrũ, quid inciſum, quid ambitus, antea dictũ eſt. Illud etiã eſt explicatum, aliud eſſe circũſcriptè, aliud mēbratim dicere. Illic enim circũſcribitur verborum cõprehenſio, donec in clauſula ſemel cõſiſtat: hic in ſingulis membris oratio inſiſtit. Quod in pronũtiando magnoperè reficit ſpiritũ, unde fit, ut oratio, quã mēbris carpimus, longior multò eſſe poßit, quàm ea, quæ cõſtat circuitu. Ita ut aliquãdo ad quindecim, aliquando ad viginte membra excurrat, cuiuſmodi eſt locus ille elegantißimus in oratione Ciceronis pro Milone; Occidi, occidi non ſpurium Meliũ, qui annona leuãda, iacturiſq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebē videbatur, in ſuſpicionē incidit regni appetēdi: non T. Gracchũ, & quæ ſequũtur. Nihil autē tã debet eße nume-

Cic. in ora Quin. li. 9. cap. 4.

Oratio quę mēbris cõſtat, valde reficit ſpiritum.

Orat. quæ mēbris carpitur lõgiſſime aliquando excurrat.

*roſum, quàm hoc, quod minimè apparet. Sed nō tam apertè & palā in inciſionibus, & mēbris numerus eſt adhibēdus, quàm apertè & palàm in ambitu adhibetur.*

## In quo ſcribendi genere circunſcriptè, in quo ſit mēbratim dicendum Cap. XLVIII.

*IN hiſtoria, laudationibus, totoq; eo genere, quod Græci epidicticon nominant, quod quaſi ad inſpiciendum delectationis cauſa cōparatū ſit, omnia Iſocratæo, Theopompæoq; more illa circunſcriptione, & ambitu dicenda ſunt, vt tanquam in orbe incluſa currat oratio. Itaq; poſteaquā eſt cognita hæc vel cir cūſcriptio, vel cōprehēſio, nemo qui aliquo eſſet in numero, ſcripſit orationē eius generis, quod eſſet ad delectationem comparatum, remotumq; à iudicijs, forēſiq; certamine, quin redigeret omnes in quadrum, numerumque ſentētias. Genus autem hoc orationis nec totum aſſumendum eſt ad contentiones, & cauſas veras, nec omnino repudiandū. Si enim ſemper vtare, cum ſatietatē affert, tùm quale ſit ab imperitis etiam cognoſcitur. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum ſenſum actoris, tollit funditus veritatem & fidem. Sed quoniam adhibenda nonnūquàm eſt, primū videndū erit quo loco, deinde quamdiu retinenda ſit, tum quot modis cōmutanda. Adhibēda eſt igitur numeroſa oratio, ſi aut laudādū eſt aliquid ornatius, vt Cic. in accuſationis ſecūdo de Siciliæ laude dixit: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis*

Repetitio Græ. Anaphora, quid 93.
Rerum magnarū duplex genus. 30.
Rerum vſu magnarū tria ſunt genera ad amplificandum. ibid.
Rerū copia verbo copiā gignit. 77.
Res geſtæ ad cuiuſque virtutis nomen & vim ſunt reuocandæ. 36.
Reſponſio figura quid. 106.
Rhetorica quid: eaque eſt ars 1.
Rhetoricæ officium, finis, dignitas & materia. 1. & 3.
Rhetoricæ materia quomodo à cæterarum artiū materia differat. 3.
Rhetoricæ partes quinque. 5.
Rhythmus quid ſit. 125.
Ryhthmi conſtant ſpatio temporū, pedes etiā ordine. 126.

S

Sapientia quid ſit. 34.
Sapientiæ comites & miniſtræ. ſūt Dialectica & oratoria. ibid.
Sapientia ſicut cæterarum rerum, ſic etiam eloquētiæ fūdamētū eſt. 142
Sapientis eſt conſilium ſuū de maximis rebus explicare 45.
Schemata Gr. quid vocitent. 105.
Ser. Sulpitij laus. 36. & 37.
Similitudo quid. 14.
Similitudo ſacietatis mater. 63.
Sim. deſinēs Gr. homioteleutō qd. 100
Sim. cadēs, Gr homoioptotō, qd. ib.
Similiter cadēs & ſimiliter deſinens, quomodo differant. 101.
Syllogiſim⁹ vel epicherema Lat. rat 62
Syllogiſmus quibus conſtet. ibid.

Syllogiſmus cornut' eſt dilemma. 69.
Syllabæ verbi prioris nō ſint primæ verbi ſequētis 120.
Συνοικείωσις quid.
Synecdoche tropus quid. 95.
Synecdoches octo modi ad quatuor reuocantur. ibid.
Synecdo. à metaphora qd differat. 84
Synicdoche à Cic. Præciſio quid: & quomodo differat ab Apoſiopeſi. 99.
Synonimia qd & qb' modis cōfic. 96
Sorites quid, & vnde dicatur. 68.
Sorites vulgo dicitur argumentatio à primo ad vltimum: 68.
Sorites ſæpe fallax: 69.
Soriti quomodo reſiſtendum: ibid.
Status quid ſit: 56.
Stat' vnde naſcatur, & vnde dict'. ib.
Status quomodo tractetur: 60.
Status tres, & quid ſint: 56.
Stylus dicendi magiſter. 118.
Suadendo vel diſſuadendo tria ſunt ſpectanda: 40.
Suadendi partes ſunt tres: ibid.
In Suadendo & diſſudendo quæ aduertēda: eſtqs id grauiſſimæ. 43. & 44
Suſtētatio Græ. Paradoxon, qd. 110.

T

Terretur facillimè leuiſsimi cuiuſque animus. 41.
Tertiū gen' figurarū verborū quale: 99.
Teſtimoniū quid dicatur: 21.
Themiſtoclis & Theodectis, atque aliorum excelentiſſima memoria: 145
Theſin Cic. propoſitum vocat: 3.
Thraſimachus numeroſæ orationis inuentor: 122.
TraductioGræ. Polyptoton, quid: 96
Translatio cum frequentiſſimus tropus, tum longe pulcherrimus: 80,
Trāslatio Græ. metaphora quid: ibi.
Translationem genuit neceſſitas, iucunditas celebrauit. ibid.
Translatio & cōparatio quomodo differant: 81.
Translatio eſt quadruplex: ibid.
Translatio quomodo fiat: ibid.
in Translatiode quæ fugienda: 82.
Translationum variæ ſpecies: ibid.
Translationis frequens vſus exit in alegoriam & ænigma: ibid.
Trāsla. durior quomodo molliēda. ibi.
Tres exercitus Pop. Rom. in bello Ciuili Cæſa. & pōpeij ſūt interfecti: 27.
Tropus quid ſit: 80.
Tropi numero ſunt vndecim: 81.
Troporū & figurarū diſcrimen. 91.

V

VArietate res gaudent, & animus nouis delectatur: 116.
Verba ſimplicia qualia. 77.
Verbor. ſimplicium optima, quę: ibi.
Verba ſimplicia iudicio aurium ſunt ponderanda: 78:
Verba inuſitata quæ. ibid.
Verborū poëticum aliquando dignitatem habet in oratione. 79.
Verba nouantur quatuor modis ibi.
Verbo ſenſum claudere optimū: 118.
Verba ī orē nō ſūt ad pedes dimēſa. ib.
Verborum breuium & longorum vitanda eſt continuatio. 120:
nec Verba verbis, nec nomina nominibus continuari debent. 121:
Verecūdia eſt ōniū virtutū cuſtos. 35
Verſus in orē ſi efficitur vitiū eſt: 127
Tirtutis partes quatuor: 12,
Virtus quot & quales complectatur formas: 13. & 14:
Virtus in extremarum rerum vſu ac moderatione maximè cernitur. 34.
Virtutis duplex vis: ibid.
Virtutū ſingularū ſūt certa quædam officia. 35:
Virtus præſtantis viri quæ ſit. 36,
Virtus rebus difficilibus & ardui comparatur. 65.
Vitia quę ī orē numeroſa vitāda 133
Vocē qualē exigāt motus animi. 146
Vox quantū poſſit in oratione. ibid.
Vrbanitas opportūa reficit animos: 51
Vrbes ſimiliter atq homīs laudātur. 39
Vſus & exercitatio quātū valeant: 137
Vtile quomodo conſideretur. 43.
Vtilitas ſpecies quomodo cōmēdāda ibid.
Vtilitas ſēp cū dignitate cōiūcta eſt. ibidem.

¶ Finis Indicis Alphabetici.

# TABVLA

## PRIMI LIB. RHET. P. DOCTO. CYPRIANI SVAREZ.

breuem ſingulorum Cap. ſummam continens, Scholaſticis ediſcendam. Numeri capita indicant.

RHetorica eſt ars. l. doctrina dicendi.
Ars eſt quæ dat rationes certas & præce ca.I.
pta faciendi aliquid, quæ habent ordinem, & quaſdam errare in faciendo non patiẽtes vias.

Officium Rhetoricæ eſt dicere appoſitè ad perſuaſionem. Finis perſuadare dictione.

Huius autem vis quò maior eſt, hòc eſt magis cum probitate, ſummaq; prudẽtia iũgẽda. 2

Materia oratori ad dicendum ſubiecta, quæſtio eſt.

Quæſtionum duo ſunt genera: alterum infinitum, quod Græ 3
cithesim, Cic. propoſitum vocat: alterum certum, & definitum, 4
quòd hypotheſim illi, latini. l. cauſam. l. controuerſiam appellare ſolent. Illud eſt in quo aliquid generatim quæritur, vt, Expetẽda ne ſit eloquentia? Cauſa eſt quæ certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotijſq; cernitur. vt, An Socrates iure fuerit ab Athenienſibus damnatus? Cauſarum tria ſunt genera, Exornationis, Deliberationis, & Iudicij.

Exornationis partes duæ ſunt, laus & vituperatio. tempus tũ
preſens, tum præteritum, ſpectat autem orator honeſtantem præ 5
cipue cum laudat: turpitudinem cum vituperat. mouetq; auditores ad delectationem.

Deliberationis partes duæ; ſuaſio, & diſſuaſio, tempus futurum, finis, quem ſibi proponit orator, dignitas in ſuadendo: mouetq; deliberantem ad ſpem max. In diſſuadendo contrà, indignitatẽ ſpectat, & in reformidationem pertrahit.

Iudicij partes accuſatio, & defenſio. eius finis iuſtorum, & iniuſtorum quæſtione continetur. & ad ſæuitiam aut clementiam iudex eſt incitandus. Cap. VI.

Hypotheſis ad theſim reuocabitur, ſi à proprijs perſonis, & tẽporibus avocata, ad vniuerſi generis ordinem traducatur.

Rhetoricæ partes, & quaſi membra eloquentiæ, Inuentio, Diſ
poſitio, Eloquutio, Memoria, Pronuntiatio. Inuentio eſt rerum 7
verarum, aut veriſimiliũ excogitatio, quæ quæſtionem probabilẽ

reddant. Diſpoſitio rerũ inuentarum in ordinem diſtributio. Eloquutio eſt idoneorum verborum, & ſententiarum ad inuention ẽ accommodatio. Memoria eſt firma orationis perceptio.
Pronuntiatio eſt corporis, & vocis ex rerum & verborum dignitate moderatio.

8 Eloquentia, quæ quinq; ſupra dictis partibus conſtat, natura, arte, & exercitatione comparatur. Natura atque ingenium ad dicendum vim affert maximam.

9 Notatio naturæ peperit artem: habet autem ars, vt quæ ſunt orta iam in nobis, & procreata, educet atque confirmet.

10 In præſtanti natura, quam ars expoliuit, exertatio abſolutionem, perfectionemq; dicendi conſummat.

## DE INVENTIONE.

11 Quoniam primum oratoris munus eſt inuenire, dabit operam, vt inueniat, quemdamodum fidem faciat eis, quibus volet perſuadere: & quemadmodũ motum eorum animis afferat. Fidem facit orator argumẽtis, mouet incitando, aut ad voluptatem, aut ad moleſtiam, aut ad metum, aut ad cupietatem. Lætitia, & cupiditas ex opinione boni: ægritudo, & metus ex malorũ opinione naſcũtur.

12 Argumentum eſt probabile inuentum ad faciendam fidem. l.
13 ratio rei dubiæ faciens fidem. Fides eſt firma opinio. Argumentatio, argumẽti explicatio. Locus, ſedes argumenti. Argumenta partim in eo ipſo, de quo agitur, hærent: quo circa inſita dicuntur, partim extrinſcecus aſſumuntur, quæ remota vocantur.

Cap. XIIII.

15 Loci, vnde argumenta ſumuntur, numero ſunt ſedecim. Diffinitio, quæ id, quod definitur, explicat quid ſit. Vt, Rhetorica eſt doctrina dicendi, vtilis ergo.

16 Partium diſtributio, qua ſic eſt vtendum, nullam vt partem relinquamus, vt ſi velis probare, calliditatem non eſſe virtutem, à virtutis partibus, quæ quatuor ſunt, Prudentia, Fortitudo, Iuſtitia, Temperantia, probabis: ex nulla enim illarum eſt calliditas.

17 Notatio, Græcis etymologia, quæ verborum originem inquirit: Cic. in Piſo. conſul eſt, qui conſulit, patriæ: non igitur Piſo cõſul, qui eam euertit.

18 Coniugata, quæ ſunt ex verbis generis eiuſdem, vt, Aurea nũc verè ſunt ſæcula, plurimus auro venit honos.

19 Genus, quod duas, l. plures partes ſui ipſius communione ſimi-

les

tes amplectitur, quæ formæ dicuntur. Virtutis laus in actione cõſiſtit: Prudentiæ igitur laus omnis in actione conſiſtit. Forma pars eſt generi ſubiecta. quod iuſtitia eſt, vtique virtus eſt.

Similitudo, quæ traducit ad rem quampiam aliquid, ex re diſ 19
pari ſimile. Cic. Vt quidam morbo, & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi nõ ſentiũt, ſic libidinoſi, & auari veræ laudis guſtũ nõ habent.

Diſsimilitudo, ſeu diff. ſi barbarorum eſt in diẽ viuere, noſtra cõſilia ſempiternum tempus ſpectare debent.

Contrariorum genera quatuor, Aduerſa: vt virtus vitium, ſapi- 20
entia ſtultitia. Si ſtultitiam fugimus, ſapientiam ſequamur. Priuãtia, ſunt habitus & eius priuatio. Cic Eius mortis ſedetis vltores, cuius vitam, ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis. Quæ inter ſe conferuntur. Cicero, Ex quo profecto intelligi debet, quanta in dato beneficio ſit laus, cum in accepto tanta ſit gloria. Negantia, vt ſi hoc eſt, illud non eſt.

Adiuncta, quæ cum re ſunt coniuncta, vt locus, tẽpus, vt ea quæ 21
rem circunſtant. Latiſſime patent adiuncta, nam quæ in homini ſunt. l. animo: l. corpore, comprehendunt.

Antecedentia, quæ ſic antecedunt conſequentia, vt cum ipſis ne
ceſſario cohæreát, vt ſol lucet, ergo dies eſt. Conſequentia, quæ rẽ 22
neceſſario conſequuntur. vt, dies eſt; ſol igitur lucet.

Repugnantia neq; certa lege, neq; numero inter ſe diſsident, 23
vt, Amat illum, non igitur inſectatur conuitijs.

Cauſarum genera quatuor. Finis, cuius gratia fit aliquid, vt bel- 24
li finis pax. hominis, beata vita. Efficiens, à qua aliquid eſt, Cic. de Senectute. Caret epulis, extructisq;, menſis, & frequentibus poculis, caret ergo vinolentia, cruditate inſomnij. Forma, ratio rei, & nota per quam res eſt id, quod eſt, & à rebus alijs diſtinguitur. Animi hominũ ſunt immortales, ad immortalitatẽ ergo beatæ vitæ aſpirare debent. Materia, ex qua, & in qua res ſunt. Corpus hominis mortale eſt, ab eius ergo contagione animus ſeuocandus eſt. Ex hoc loco Regia Solis apud Ouid. & arma Æneæ apud Virgilio laudantur.

Effecta, quæ ſunt orta de cauſis, virtus facit laudem, ſequenda 25
igitur. Voluptas infamiam, fugienda ergo.

Loc⁹ à cõparatione maiorũ, Verg. O paſsi grauiora, dabit Deus 26
his quoq; finem. Minorum. Ouuid. Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes: Vt valeas animo quidquã tolerare negabis? Pariũ, Si conſilio iuuare ciues, & auxilio, æqua in laude ponendum eſt, pari gloria eſſe debent ij, qui conſulunt, & qui defendunt. 27

28 Argumenta, ſiue remota, ſiue aſſumpta, nõ parit oratoris ars: ſed ad ſe foris delata arte tamen tractat. hæc Cic. in top. Teſtimonij nomine complectitur. Sed facilius ſi cũ Quint. in præiudicium, rumorem, & famã, tormenta, tabulas, iuſiurandũ, & teſtes, ea diuidamus. Ex his locis, & ad faciẽdam fidem, & ad afferendum motum auditorum animis, materia petitur. 29. 30. 31.

32 In affectibus mouendis maxima vis exiſtit oratoris: quod amplificatione cõſequitur. Amplificatio grauior quædã eſt argumẽtatio, quæ motu animorũ cõciliet indicendo fidem. Ea, & verborũ genere conficitur, de qua in eloquutione: & rerum, quæ ex eiſdem locis ſumitur, quibus illa quæ dicta ſunt ad fidẽ. Valent ergo maxime diffinitiones cõglobatæ, & conſequentiũ frequentatio, & cõtrariarum, & diſsimiliũ & inter ſe pugnãtiũ rerum cõflictio, & cauſæ: & ea quæ ſunt orta de cauſis: maximeq́; ſimilitudines, & exempla: fictæ etiã perſonæ, muta deniq́; loquãtur. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.

40 Adhibenda autẽ ſunt ad amplificãdum, quæ magna habẽtur. quorũ duplex genus: alia ſunt magna natura, alia vſu. Natura, vt cæleſtia, vt diuina, vt ea, quorũ obſcuræ cauſæ in terris, mũdoq́; admirabilia. Vſu, quæ vidẽtur hominibus aut prodeſſe aut obeſſe vehementius.

41 In exornationis amplificatione ij loci tratandi ſunt, qui mouere poſſunt expectationem, admirationem, & voluptatem.

In cohortationibus, bonorum ac malorum enumerationes & exempla valent plurimum. In iudicijs, accuſatori fere quæ ad iracundiam, reo quæ ad miſerationem pertinent.

## DE PRÆCEPTIS EXORNATIONIS.

42 LAtũ genus eſt, ſaneq́; variũ: vt quod ad laudãdos claros viros, & ad improbos vituperanãdos ſuſcipiatur: ad aliorum etiã. l. animaliũ. l. carentiũ anima laudẽ. l. vituperationẽ adhibetur. In hoc, animi motus leuiter tractãtur, reſq́; ãplificãtur, & ornãtur.

43 Laus ergo hominũ in tẽpus, quod ante eos fuit, quoq; ipſi vixerunt. in his qui vita functi, etiam quod eſt inſequutũ. Ante hominẽ patria, parẽtes maioreſq́; erũt: quorũ. l. reſpõdiſſe nobilitati. l. humilius genus nobilitaſſe factis dicemus. Adde, quæ reſpõſis. l. oraculis. l. ſignis ante ipſum futurã claritatẽ promiſerũt. vt, in D. Ioanne Baptiſtã, multiſq́; alijs viris ſanctiſsimis.

44 Ipſius laus hominis ex animo, & corpore & extrapõſitis peti debet. Externa, vt, educatio, opes, diuitiæ propinqui, amici, potẽtia, gratia, cæteraq́; huiuſmodi. In corpore, forma, vires, valetudo, & his ſimilia: qui hæc habuerit laudabitur, quod bene illis ſit

vſus

vſus: ſi non habuerit, quod ſapienter caruerit. Si amiſerit, quòd moderate tulerit. In quarũ rerum vſu ac moderatione virtus, cui vni vera laus deberi putatur, maxime cernitur.

Virtutis duplex vis, aut enim ſcientia cernitur virtus, aut actione. Sapientia, virtutum omniũ princeps, eſt diuinarũ humanarũq; rerũ ſcientia. Prudentia, rerũ expetendarum fugiendarũq; ſcientia. Sapientiæ verò dialectica & Oratoria quaſi miniſtræ ſunt, & comites. Studia etiã omniũ bonarum artiũ ad hunc locũ pertinent. 45

Virtus, quæ in actione poſita eſt, habet Iuſtitiam, Fortitudinẽ, & Temperantiã, Iuſtitia eſt virtus, quæ in hominũ ſocietate tuẽda, tribuendoq; ſuum cuiq; & rerum contractarum fide verſatur. Huius partes, Religio, Pietas, Fides, Lenitas, Amicitia. Fortitudo, conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſsio, cuius eſt liberalitas in vſu pecuniæ. Temperantia eſt rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Cuſtos virtutum omnium verecundia eſt. 46

Iniuſtitia quid cum fide. quid cum æquabilitate, quid cum huiuſmodi aliquo officio is, qui laudabitur fecerit. In cæteris res geſtæ ad cuiuſq; virtutis genus & vim & nomẽ accommodabũtur. 47

In tempore quod finem hominis inſequitur, inſunt habiti poſt mortem honores, decreta virtutis præmia, res geſtæ iudicijs hominum comprobatæ. Omnis ordo ſupra dictus in vituperatione conſtabit tantum in diuerſum. 48

Vrbes ſimiliter atq; homines laudantur pro parente, à cõditore. vetuſtas autoritatis affert plurimum, loci poſitio, ac munitio, ciues vt liberi. 49

## DE DELIBERATIONE.

Exornationis præcepta multũ ad ſententiam dicendã valent. in deliberando, finis dignitas. Suntq; in ſuadendo diſſuadendoq; tria ſpectãda. Quid ſit: de quô deliberetur. Qui ſint, qui deliberẽt. Quis ſit, qui ſuadeat. 50

Suadẽdi partes tres ſunt. Prima, vt doceamus effici poſſe id, quod ſuademus Secunda, quam ſit honeſtum, tertia quam vtile. Nam ſi quid effici non poteſt, deliberatio tollitur, quamuis & honeſtum, & vtile ſit. videndum etiam quàm facile. Nam, quæ per difficilia ſunt, perinde habenda ſunt, ac effici non poſſent. Si aliquid neceſſarium non videbitur, videndum, quam ſit magnum. Nam, quod per magni intereſt, pro neceſſario habetur. 51

## DE HIS QVI DELIBERANT.

Intuendi ſũt mores eius, qui deliberat. Duo enim ſũt hominũ 52

genera, alterum indoctum, & agreſte, quod antefert ſemper vtilitatem honeſtati. Alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit. DE HONESTATE.

53 Honeſta apud honeſtos ſuadere, facillimum eſt. Si veró apud turpes recta obtinere conabimur, ne vidiamur exprobrare diuerſam vitæ ſectam, cauendum eſt. Nec ſola virtutis commẽdatione animus permouendus, ſed laude, vulgi opinione, & ſequutura vtilitate. Obijciendo item metum, ſi diuerſa fecerint. quippe malorum timor plus interdum valet quàm ſpes bonorum. Sæpe etiã controuerſia eſt in illo Vtrum ſit honeſtius.

DE VTILITATE.

54 Facile, magnum, iocundũ, ſine periculo, ad vtilitatis quæſtionem pertinent. Suaſor itaq; .l. omnia hæc .l. earum pleraq; ineſſe in eo, quod ſuadet, oſtendet. Contraria, qui diſſuadet. Item duobus propoſitis vtilibus. vtrum vtilius, contrauerſia eſt, Cum autem vtilitatis ſpecies cum honeſtate certat, qui vtilitatem defẽdet, enumerabit res, quarum fructũ vtilitate metimur: commoda pacis, opum, potentiæ, vectigalium: & incommoda contrariorum. Qui verô ad dignitatem impellet, vtilitatem ex lâude naſci debere dicet, ſemperq; eam coniunctam cum dignitate.

DE EO QVI SVADERE.

55 Suadere aliquid, aut diſſuadere, grauiſsimæ eſt perſonæ. Videndum ergo eſt ne quæ dicũtur, ab eo qui dicet, diſſentiant.

56 Ad conſilium de repub. dandum, mores ciuitatis ſunt cognoſcẽdi: qui quia crebro mutãtur, genus quoq; orationis eſt ſæpe mutãdum. In ſenatu minori apparatu dicendum, Concio omnem vim orationis, grauitatem, varietatemq; deſiderat: maximaq; pars orationis adhibenda eſt animorum motus. vis autem ad ſuadendum exemplorum eſt maxima, aut, recentium, quæ notiora ſunt, aut veterum, quæ plus autoritatis habent.

# SECVNDI LIBRI TABVLA.

## DE DISPOSITIONE

a Diſpoſitionis præcepta oratori perutilia & maxime neceſſaria ſunt cuius in Infinita quæſtione ordo eſt ferè idẽ, qui expoſitus eſt locorũ. In Definita adhibenda ſunt etiam illa, quæ ad animorũ motũ pertinẽt. Atq; eô fit, vt vtamur Exordio, Narratione, Cõfirmatione, & Epilogo Quæ ſunt orationis partes, per quas inuẽta diſtribuimus. quarum duæ valẽt ad rem docẽdam, Narratio, & Cõfirmatio: ad permouẽdos animos duæ: Principiũ, & Peroratio.

DE

Exordium eſt oratio animū auditoris idoneè cōparās ad reli-
quā dictionē. id quod tribus maxime rebus fieri inter autores plu
rimos conſtat. ſi beneuolū, attentum, docilem auditorē fecerimus,
quorum primus locus eſt in perſonis noſtris, auditorum, aduerſa-
riorum, è quibus initia beneuolentiæ cōparantur, aut meritis noſ-
tris, aut dignitate, aut aliquod genere virtutis, & maxime libera-
litatis, officij, iuſtitiæ, fidei: cōtrarijſq; rebus in aduerſarios cōferē-
dis: & cū auditoribus aliqua coniunctionis, aut ſpe ſignificanda.
Intelligenter vt audiamur, & attente, à rebus ipſis ordiendum eſt
Sed facile auditor intelliget, ſi complectare ab initio genus, natu-
ràq; cauſæ. Si diffinias, ſi diuidas, Si neq; prudentiam eius impe-
dias confuſione partium, nec memoriā multitudine. Attente vt
audiamur, triū rerū aliqua conſequemur. Nam aut magna quædā
proponemus, aut neceſſaria, aut coniuncta cū his ipſis, apud quos
agetur. Ex his vero. quæ ſunt propoſita, aliud atq; aliud pro va
rietate cauſarum deſiderari palàm eſt,

Cauſarū genera ſunt quinq;. Honeſtum, quod ad conciliatio- 3
nē ſatis per ſe valet, Humile, in quo attentū parare debemus. An
ceps ſeu dubiū, in quo maxime beneuolū iudicē. Obſcurū, in quo
docilē reddemus. In admirabili, & turpi remedijs opus eſt. Vnde
exordij duæ ſūt partes, Principiū, in quo recta beneuolētiæ & attē
tionis poſtulatio eſt: & Inſinuatio, quæ ſuprebit animis. Cōſiliū
ergo ex cauſis ſumetur. Si cauſa laborabimus, perſona ſubueniat.
Si perſona, cauſa. Adde, Inſinuatione vtendū, ſi aduerſarij oratio
auditorū animos occuparit, vel ſi dicendū apud fatigatos: quorū
alterū promittēdo noſtras probationes, & aduerſas eluēdo, vitabi-
mꝰ. Alterū & ſpe breuitatis, & ijs, quibus attētū fierit auditorem
docuimus. Vrbanitas etiam opportuna animos reficit.

Exordia debēt eſſe apta verbis, & inſtructa ſētētijs ad alliciēdū in 4
citādūq; auditorē: nō tamen totōs in exordio explicari motꝰ opor
tebit, ſed tantum impelli primo auditorem leniter, vt iam
inclinato reliqua incumbat oratio.

Exordiorum ſeptem ſunt vitia. Vulgare commune, commuta 5
bile, longum, ſeparatum, traſlatum: contra præcepta.

In genere iudiciali ex ipſis cauſæ viſceribus exordium ſumēdū, 6
iudicem cōciliando nō ſolū laude, ſed ad vtilitatē cauſæ laudē con-
iungendo. Nec ſemper exordio vtendū, vt in honeſtis cauſis, in
paruis atque frequentibus, ſed ab ipſa re ordiendum.

In demoſtratiuo exordia maxime ſunt libera, vt Ariſtoteli pla 7
cet. In deliberatione ſæpe nulla .i. breuia,

# DE NARRATIONE.

8 Narratio eſt rerum explicatio, & quædam quaſi ſedes, & fũdamentum cõſtituendæ fidei.

Oportebit autẽ eam tres habere res, vt breuis, vt aperta, vt probabilis ſit. Erit breuis, ſi cõſtet ſimplicibus verbis, & ſi ſemel vnaquæq; res dicatur. Deniq; ſi reſciderimus ea, quibus ſublatis neq; cognitioni quicquam, neq; vtilitati detrahatur, non tamen debet eſſe inornata.

Erit perſpicua, ſi verbis vſitatis, ſi ordine temporum conſeruato, ſi non interrupto, narrabitur.

Probabilis erit, ſi perſonis, temporibus, locis, ea, quæ narrabuntur, conſentient. ſi cuiuſq; facti, & euenti cauſa ponetur. Si teſtata dici videbuntur. Si cũ hominũ opinione, autoritate, ſi cũ lege, cum more, cum religoine coniuncta, ſi narrãtis probitas ſignificabitur, ſi orationis veritas, & vitæ fides. Cice. vehementer place,t vt ſit iucunda & ſuauis.

9 In iudicijs, ſi nota res, nec dubium erat quid geſtũ eſſet, non adhibebitur narratio, nec ſi aduerſarius narrauerat, niſi ſi reffellebatur. In Exornatione narratio nulla, quæ cenſequatur exordiũ, niſi ea quæ incidit, cũ aliquid eius, de quo loquimur, narrãdũ eſt.

10 In deliberatione priuata narratio non erit; in concionibus ſæpe etiam eſt illa, quæ ordinem rei docet, neceſſaria.

## DE CONFIRMATIONE.

In confirmatione ſuggerenda ſunt firmamenta cauſæ cõiũctè, & infirmandis contrarijs & noſtris confirmandis.

11 Status eſt quæſtio, quæ ex prima cauſarum conflitione naſcitur, dictus, vel ex eo quod ibi ſit primus cauſæ congreſſus, vel quod in eo cauſa conſiſtat.

12 Conſtitutiones tres ſunt, Coniecturalis, in qua ſit, nec ne, quærimus, vt ſit ne Clodius inſidiatus Miloni. Nominis vel Finitionis, cum quid ſit aliquid, & quo nomine afficiendũ, inueſtigamus. vt, Sit ne I. Cæſ. Rex, an Tyranus. Tertia in qua de vtilitate, æquitate, honeſtate diſſeritur, deq; contrarijs. Recte ne fecerit Romulus, cum fratrem interfecit. Huius duæ ſũt partes, Abſoluta & aſſumptiua.

13 Ex ſcripti interpretatione exiſtit ſæpe controuerſia, cuius quatuor ſunt genera.

14 Ambiguũ, Diſcrepantia ſcripti & voluntatis, Scriptura contraria, Ratiocinatio.

15 Ad conſtitutam iudicationẽ, quæ ex coniuntatione rationis &

& firmamenti cõſtituitur, omnes argumentationes conijciendæ ſunt. Argumenta vero ita collocabit orator, vt firmiſsimũ quod que ſit primum, dum ea quæ excellant, ſeruentur ad extremum. Si quaerunt mediocria, (nam vitioſis nuſquam erit locus) in mediam turbam conijciantur.

Argumentatio eſt argumenti explicatio. conficitur, ex locis, aut certa, aut probabilia ſumpſeris. 16

Ratiocinatio conſtat Propoſitione, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis ratiocinationis emant, Prop. approbatione, per quam quod expoſitum eſt rationibus firmatur. Aſſũptione, perquam id quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur. Aſſumpt. approbatione, per quam aſſumptum rationibus firmatur. Complexione per quãm id quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. 17

Vitabimus ſimilitudinem, quæ ſatietatis mater eſt, non ſemper ordientes à propoſitione, ſed interdum ab aſſumpt. nonnunquam à conplexione 18

Enthymema Syllogiſmi pars: vt, Eloquentia eſt ars. ergo expetenda. Quod fit expunantibus, optimum Ci. eius mortis ſedetis vltores, cuius vitam, ſi putetis per vos reſtitui poſſe, notilis? 19

Inductio, argumentatio quæ eſt pluribus collationibus peruenit quo vult. Quod pomum generoſiſsimũ? puto quod optimum. & equus? qui velociſs. & plura in eundem modum. Ita qui virtute excellit, generoſiſsimus. 20

Exemplum, inductio eſt imperfecta, in quo ex vna re ſingulari, alia inducitur. 21

Epichyrema breuiter comprehenſa ratiocinatio. vt ſine cauſa dominum ſeruus accuſat. 22

Sorites contra multas argumentationes cõuoluit aceruatim fallax & captioſum argumentationis genus, vnde telam retexere. ſeorſum ſingula conſiderare oportet. 23

Dilemma in quo vtrum conceſſeris, reprehenditur. Si implacabiles iræ, ſumma eſt acerbitas: ſin exornabile, ſũma lenitas. 24

## DE REFVTATIONE.

Refutatio eſt reprehenſio per quã argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut ſeleuatur. 25

Curandum, ne Syllogiſmorum, & Enthymematum turba ſit conferta oratio, locuples enim & ſpecioſa vult eſſe Eloquentia. 26

## DE PERORATIONE.

Peroratio extrema pars orationis, quæ in Amplificationẽ &

Enu-

merationē diuiſa eſt. hîc, ſi vſquā, totos aperire eloquētiæ fōtes licet. Enumeratio nōnūquā laudatori, ſuaſori nō ſæpe, acuſatori ſæpius, quā reo eſt neceſſaria. Huius duo ſūt tēpora, ſi aut memoriæ diffidas eorū, apud quos agas vel ītervallo tēporis, vel lōgitudine orationis. vel ſi frequētatis firmamētis vim eſt habitura cauſa maiorē. Quæ repetemus, quā breuiſsime dicēda ſūt, & cum pondere aliquo aptis etiam excutienda ſententijs, & figuris varianda.

## TABVLA LIBRI. III.

1 IN eloquēdo excellētē eū putat. Ci. qui ita dicit, vt probet, quod neceſsitatis eſt, vt delectet, qđ ſuauitatis, vt flectat qđ eſt victoriæ
In eloquentione ſpetanda, vt latinè, vt planè, vt ornatè, vt ad id, quodcunq; agetur, aptè congruenterq; dicamus.

3 Volēti ornate dicere, rerū ſentētiarūq; ſylua cōparanda eſt.

4 Omnis orationis ornatus aut eſt in ſingulis verbis, aut in cōiunctis. Verbis vtemur aut proprijs aut his quæ nouamꝰ & facimꝰ ipſi.

Verborū ſimplicium natura ſunt alia conſonātiora, grandiora
5 nitidiora. &c. hæc auriū iudicio ſunt ponderanda. Sed in verbo ſimpl. tria ſunt, aut inuſitatum, aut nouatum, aut traslatum.

6 Inuſitata, priſca, & quæ ſunt poetarum licentia liberiora, quæ in oratione dignitatem habent, ſi raro & in loco adhibeantur.

7 Nouātur verba, aut ſimilitudine, vt Syllaturit, aut imitatione, vt tinnio: aut inflexione, vt à bibo: biboſus, aut coniunctione verborū, vt verſutiloquus. Quod periculoſius finxiſſe videbimur, præmuniendum ſic eſt, vt ita dicam, ſi licet dicere.

8 Tropus eſt verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam, cum virtute mutatio. vt, letas ſegetes ſunt Tropi vndecim in vno verbo. 4. oratione

9 Methaphora ſeu trāſlatio: cum nomen aut verbum trasfertur ex loco: in quo propriū eſt, aut traſlatum, proprio melius eſt. id facimus, aut quia neceſſe: aut quia ſignificātius, aut quia decētius.

11 Synedoche tropus in quo ex parte totū, aut contra aut ex antecedentibus, ſequentia intelliguntur.

12 Metonymia eſt Trop. in quo cauſas per effecta, vel effecta per cauſas vel ex eo qđ cōtinet, id qđ cōtinetur, vel rē è ſigno ītelligimꝰ

13 Antonomaſia ponit aliquid pro nomine: vt, Euerſor Carthaginis, Pro Scipione.

14 Onomatopœia fictio nominis. Sibilus, & murmur, Græ. inter maximas habita virtutes, latinis vix permittitur.

Catachreſis, quæ abuſio, nō habētibus nomē ſuum, accommo-
15 dat, quod in proximo eſt. Equum diuina Palladis arte edificant.

Metale.

Metalepſis rariſsimus tropus ex alio in aliud viam præſtans. 16
Speluncis abdidit atris.

Allegoria, aliud verbis, aliud ſenſu oſtẽdit. Sed nos immẽſum 17 ſpatijs cōfecimus æquor. ſi obſcurior eſt, Aenigma dicitur. Ironia quã illuſionẽ vocãt, quæ cõtrariũ verbis oſtedit. ea, aut pronũtiatione intelligitur, aut perſona, aut rei natura. Ci. Integritas tua te purgauit, mihi crede. Periphraſis, cũ pluribus verbis, id quod vno aut paucioribus dici poteſt, explicatur. Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris incipit. Hyperbatõ, tropus ſolis poetis cõceſſus. Hyperbole ementiens ſuperiectio. Fulminis ocyor alis, Vix oſsibus hærent. hæc non debet eſſe vltra modum.

## DE FIGVRIS.

Figura eſt conformatio quædam orationis. remota à cõmuni 23 & primum ſe offerente ratione. Differt à Tropo, quod figura proprijs verbis fieri poteſt, quod non cadit in tropos.

Figuræ verſatur in ſenſu & in verbis. verborum exornatio eſt, 24 quæ ipſius ſermonis inſignita continetur perpolitione.

Figuræ verborũ tribus maxime fiũt modis: per adiectionem, 25 detractionẽ. ſimillitudinem FIGVRÆ. per adiect. ſunt.

Repetitio. Græ. Anaphora .l. Epibole, eſt eiuſdem verbi cre- 26 bra à primo repetitio. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas. &c. Conuerſio, g. Epiphora .l. Antiſtrophe, cum in idem verbum conijcitur ſæpius oratio. Pœnos Po. Ro. iuſtitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.

Complexio .g. ſimploche. quæ repetitionem & conuerſionem complectitur. Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem .P.R. partem ſuffragijs priuauit? Rullus.

Conduplicatio .g. Anadiploſis, verborum geminatio eſt, Viuis, & viuis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciã. Traductio .g. ploche, cum verba paululum immutata ponuntur. Pleni ſunt omnes libri, plenæ ſapientum voces, plena exemplorum vetuſtas.

Synonimia eſt, cum verba idem ſignificantia congregantur. Abijt, exceſsit, erupit, euaſit. Poliſindeton, ſchema quod coniunctionibus abundat, Tectumq; laremq;. Gradatio.g. climax, eſt cũ gradatim ſurſum verſum reditur. Africano virtutem induſtria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit.

Figuræ quæ per Detract. fiunt. Diſſolutio g. Dialyton.l. 27 Aſyndeton cum demptis coniuntionibus, diſſoluto plura dicuntur. Galia huius virtuti, fidei, felicitati commendata eſt.

Aiunctio.

Adiunctio.g. zeugma, in qua vnum ad verbũ quo primum, medium aut poſtremum collocatur, plures ſententiæ referuntur. vt vicit pudorem libido, timorem audatia, rationem amentia.

Diſiunctio.g. hypozeuxis. cum vnumquodq; certo concluditur verbo, vt Homerum Colophonij ſuum eſſe dicũt. Chij ſuum vendicant, Salaminij repetunt. Apoſiopeſis verbum quod deſideret, aut incertum eſt, aut certe longiori ſermone explicandum. habetq; vehementiorem affectum, quam Eclipſis Synichioſis duas res diuerſas colligat, vt, Tam de eſt auaro, quod habet, quam quod non habet.

28 Figuræ quæ aut ſimilitudine vocum, aut paribus, aut contrarijs vertunt in ſe aures, & animos excitant.

Annominatio.g. paranomaſia, cum paululum immutata verba atque deflexa in oratione ponuntur. fit adiectione, Emit morte immortalitem. Detractione. Non leno ſed leo. Commutatione. Reprimi, non comprimi perpetuo poteſt.

Similiter cadens.g. Homœoptoton, cũ in eoſdem caſus verba cadunt, Egens virtutis: abundans felicitatis.

Similiter deſinens.g. Homœoteleuton cũ ſiue caſus ſint in verbis, ſiue non, ſimiles tamẽ exitus ſunt, Audacter territas, humiliter placas. Similiter cadens in nomine & in verbo fit, at ſimil. deſ. etiã in his quæ declinari non poſſunt. Compar.g. Iſocolon, habet orationis membra, quæ conſtant ex pari numero ſyllabarum. extrema hyeme apparuit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit de bel. Pirat. Cõtra poſitũ. Cõtentio ſeu Antitheton, cũ ſingula ſingulis opponuntur, vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Commutatio.g. Antimetabole, cum duæ ſententiæ inter ſe diſcrepantes, ita efferuntur, vt à priori poſterior contraria proficiſcatur. Non vt edam viuo, ſed vt viuam edo.

29 Danda opera eſt, vt parce, & cum res poſcet verborum figuris vtamur. Deinde ſciendum, quid quiſq; in orando poſtulet locus quid perſona, quid tempus. nam plerumq; verborum cura derogat affectibus fidem.

## DE FIG. SENT.

30 Sententiarum exornatio eſt quæ non in verbis, ſed in ipſis rebus quadam habet dignitatem. Interrogatio.g. Erotiſis, quoties non ſciſcitandi gratia aſſummitur, ſed inſtandi. vt. Quouſq; tandem abutêre Catil, patientia noſtra.

Reſpon-

Reſponſio, cũ aliud interroganti: ad aliud, quia ſic vtilius ſit, occurritur, tum augẽdi criminis, tũ declinãdi gratia. Rogatus teſtis aǹ à reo vapulaſſet? & quidem innocens. Quæro an occiderit hominem? R. latronem.

Subiectio, cũ orator vel interrogat ſeipſum, & reſpondet ſibi, vel cũ aliũ rogauerit, nõ expectat reſpõſum. Apud quẽ hoc dico? Nẽpe apud eũ, qui cũ hoc ſciret. &c. Occupatio .g. prolepſis, cũ id quod obijci poteſt, occupamus, qualis illa Cic. præmunitio in Diuinat. quod ad accuſandũ deſcẽdat qui ſẽper defenderit. Correctio, quæ tollit ſententiã aliquã & eam alia, quæ magis idonea videtur, emẽdat & corrigit. O virtutis comes inuidia, quæ bonos inſequeris plerunq;. atq; adeo inſectaris. Dubitatio .g. Diaporeſis, cum quærimus vnde incipiendum, vbi diſinendũ, quid potiſſimum aut omnino dicendum ſit. Quo me vertam?

Communicatio .g. Anachinoſis cũ aut ipſos aduerſarios conſulimus, aut cũ iudicibus deliberamus, vt, Si vos in eo loco eſſetis, quid aliud feciſſetis? Proſopopœia perſonarũ ficta inductio, qua vrbes etiã & populi voces accipiunt. Formæ item rerũ quæ corporis expertes ſunt, vt fama, virtus. Apoſtrophè. auerſus à iudice ſermo. at, Quid tu[9] ille Tubero in acie Pharſalica gladi[9] agebat?

Hypotypoſis ſeu illuſtris explanatio rerũ quaſi gerãtur, ſub aſpectum ſubiectio .ci. in Ver. inflamatus ſcelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat.

Ethopœia, imitatio vite ac morũ alienorũ. Emphaſis cũ ex aliquo dicto, latẽs aliquid eruitur. Iacuitq; per antrũ, é loci ſpacio Cyclôpis magnitudo inteligitur. Suſtentatio .g. Paradoxon, qua diu ſuſpendũtur auditorũ animi, atq; aliquid deinde inexpectatũ ſubiungitur, Quid deinde? quid cẽſetis? furtũ fortaſſe aut prædã aliquã? mox ſubiecit quod erat improbius. Interdũ id quod leue eſt, cũ alicuius rei grauiſsimæ expectationem concitarit orator. Prætermiſio.g. Apophaſis, cum dicimus nos præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere, id quod tunc maxime dicimus. Ci. Nõ queror diminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturæ. Licentia .g. Parrhiſia, cũ apud eos, quos aut vereri aut metuere debet orator, tamen aliquid pro ſuo iure dicit, quod eos minime offendat. Vide quàm non reformidem. Pro Liga.

Conceſsio, cũ aliquid etiã iniquum videtur orator pati atque concedere, vt, quæ deinde dicturus eſt, grauiora videantur. Cic. in Ver. Leuia ſunt hæc in hoc reo crimina. &. Ironia quæ ſententiarum eſt, ab ea differt, quæ eſt verborum: namquæ verb. eſt, bre

uior

dior eſt & apertior: hæc vero totius eſt voluntatis fictio. Vt nouũ crimen. C. Cæſ. & ante hunc diem inauditum. &c. Pro Lig. Diſtributio. g. Meriſmos, cum aliquid in partes plures diſtribuitur, quarum vnicuiq; ratio deinde ſua ſubiungitur. Alexandro, neq; in deliberando conſilium, neque in præliando virtus deerat: nam in dubijs, apparebat ſapientiſſ. cum confligendum eſſet cum hoſte, fortiſsimus.

Permiſsio. g. Epitrope, cum alicui rei vehementer confidimus, & oſtendimus nos eam tradere alicuius volũtati. Ego iudices ſummum ac legitimũ meæ cauſæ ius omitto, vobis permitto.

Deprecatio, cum opem alicuius imploramus Ci. Hoc nos metu. C. Cæſ. per fidem & conſtantiam & clementiam tuam libera. Execratio, qua malum alicui precamur. Dij te perdant fugitiue. Pro Deo.

Epiphonema, rei narratæ vel probatæ, ſumma acclamatio. Tātę modis erat Romanam condere gentem.

Exclamatio, quæ conficit ſignificationē doloris aut indignationis, per hominis aut rei cuiuſpiam compellationem. O mores, ô tēpora ò miſerũ me. Sunt & illa iucunda, quæ nō præparat oſtēdũt orationem, cum quærimus quid dicamus, cum velut ignoramus aliqua, cum nos dicti pænitet. Dant enim orationi hæc omnia varios vultus.

## DE COLLOCATIONE.

31 In collocatione neceſſaria ſunt ordo & iunctura, vt oratio ſit lenis, cohærens & æquabiliter fluens.

32 Ordinis obſeruatio eſt in ſingulis verbis, & in contextis. In ſingulis cauendum ne decreſcat oratio, & fortiori ſubiũgatur aliquid infirmius, vt ſacrilegio, fur. Verbo ſenſum claudere ſi compoſitio patiatur, optimum, quod ſi aſperum erit, orationi conſulendũ.

## DE IVNCTVRA.

33 Iunctura concinna & elegans erit, ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita iungamus, vt neve aſpera concurrant, neve vaſtius diducātur. vt. Exercit⁹. Xerxis. Ars ſtudiorũ, viro optimo obtemperare.

Verbi priori vltimæ ſyllabæ, ne ſint primæ ſequentis. Res inuiſæ viſæ ſunt. Monoſyllaba ſi multa ſint, adde, & diſſyllaba, male continuabuntur.

Cadentia itē ſimiliter & Deſinentia viuitioſa, ſi multa ſint.

Breuium verborum vitanda cōtinuatio, ne minuta ſit cōpoſitio atq; conciſa & longorũ etiam, quia afferunt tarditatem. Hæc diligentiam

gentiam deſiderant,ea tamen lege,ne fiat operoſe,nam eſſet cum, infinitus,tum,puerilis labor.

Quia orator ſic illigat ſententiam verbis,vt nihil inane, nihil inconditum,nihil in oratione ſit redundans,id quod oratorio numero fit, breuiter hoc quoque explicatur. 34

Inueniendi aptam & numeroſam verborum cõcluſionem princeps fuit Traſimachus. Romani hanc Ciceronis tempore agnouerunt,cuius fuit ſummus ipſe artifex. 35

Aures,vel animus potius aurium nuntio quandam in ſe cõtinet vocum omnium menſionem,cuius obſeruatio numeroſæ orationis artem peperit. 36

Huius vero natura vt intelligatur,neceſſe eſt,quæ de inciſis,mẽbris & periodis tractãtur,tũ etiã de pedibus,in memoriã reuocẽtur. 37

Oratio ſoluta ſuis pedibus conſtat. Sed in oratorio numero quẽ græci Rhithmon appellant,ꝓ Dactylo Anapæſtus poni poteſt,cũ eodem tẽporũ ſpatio cõſtet vterq;: in verſu,quod metrum vocãt,poni non poteſt.Adde quod verſus certis legibus aſtrictus eſt,in oratione nihil certũ,niſi vt apte verbis ſentẽtia cõprehẽdatur,adeò vt verſum in oratione fieri vitioſum putetur,quam tamẽ numeroſe cadere volumus. 39

Tota periodus numeroſa ſit,neceſſe eſt. 40

Initia optime naſcuntur à Dactylo,Cretico, Anapæſto. Dochimus quouis loco aptus,dum ſemel ponatur. 41

In extremo tres ſunt ſeruandi pedes,quos aut Choreos aut ſpõdeos,aut alternos eſſe oportebit.Ariſt.pæona vltimũ, Cicero Creticum aptiorem putat. 42

Media periodo in humili oratione iambus erit frequẽtiſſ.Pæon in ãpliori,in vtraq; dactilus,creticis,dochimis,ſpondeis locus eſt. 43

44. 45. 46. 47.

In veris cauſis,nec aſſumẽda omnino numeroſa oratio, nec repudianda.in amplificanda re,numeroſe dicendum.hoc etiam orationis genus perorationes deſiderant. 48

Variæ cauſæ variũ dicendi genus efflagitant.Nam cũ tria ſint oratoris officia,docere,mouere,delectare, Subtile in probãdo,Tẽperatũ in delectãdo,Vehemẽs in flectendo verſatur. 49 50

## MEMORIA. 51

Hæc cum alijs artibus ſit communis, quæ artificioſa eſt, oratoriæ artis pars exiſtimatur. 52 53

Conſtat locis & imaginibus.Loca ſint ſpecioſa,multa varietate ſignata,illuſtria,vt ædium magnificarum. 54

Ima-

55 Imagines, vt nauigationis ãchora, rei militaris, gladius, Si lõgior complectenda eſt oratio, proderit per partes ediſcere, apponere aliquas notas, ediſcere quibus ſcripſeris chartis, ſi tamẽ quis vnam maximamq; artem querat, exercitatio eſt, multa ediſcere, multa cogitare, & ſi fieri poteſt. quotedie potentiſsimum eſt.

## PRONVNTIATIO.

56 A pleriſq; actio dicitur, ſed prius nomen à voce, ſequens á geſtu, Huius duæ ſunt partes, vox, & geſtus.

57 Voces motationes totidem, quot animorum. Iracundia, acutum vocis genus deſiderat, incitatum, crebro incidens. Miſeratio ac mœror. plenũ, flexibile, interruptum, flebile. Metus demiſſum, hæſitans, abiectum. Voluptas, effuſum, tenerum, hilaratum.

58 Geſtus vocẽ ſequi debet, Stat⁹ erit rect⁹, rarus inceſſ⁹, nec ita lõgus, excurſio moderata, eaq; rara, ceruicum nulla mollicia, nullæ argutiæ digitorum, trunco ſe toto magis moderabitur orator, & virili laterum flexione: brachij protectione in contentionibus, cõtratione in remiſsis, pedis ſupploſione in contentionibus incipiendis aut finiendis. In ore, & præcipue in oculis maxima vis. Oris non eſt nimium mutanda ſpecies. Oculorum, qui animi ſunt indices, tũ intẽtione, tum remiſsione, tum coniectu, tum hilaritate motus animorum ſignificabimus aptè cum genere ipſo orationis.

## FINIS.

Conimbricæ. Excudebat Antonius à Mariz. 1583.

Res
H 260
BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

1,50

al-369

71006